

~~27. a. 1. 11.~~

~~XVII-1-11~~



~~Caja C-95~~

Caja

C-17

JOHANNIS BUXTORFII P.

A. D.

LEXICON CHALDAICUM, TALMUDICUM ET RABBINICUM,

In quo

OMNES VOCES CHALDAICÆ, TALMUDICÆ ET RABBINICÆ, quotquot in universis Vet. Test. Paraphrasibus Chaldaicis; in utroq; Talmud, Babylonico & Hierosolymitano, in vulgaribus & secretioribus Hebræorum Scriptoribus, Commentatoribus, Philosophis, Theologis, Cabalisticis & Juriconsultis extant, fideliter explicantur,

Et copiam ac delectum exemplorum Targumicorum, Talmudicorum & Rabbincorum, eleganter declarantur;

Passim etiam, suis locis, Hebræorum & Chaldæorum Proverbia, Apophthegmata, Sententiæ, Ritus, aliæque ad Sacram hanc Philologiam pertinentia, ex propriis ipsorum libris producuntur, & explanantur;

Quamplurima denique Vet. & Nov. Test. loca ex Antiquitate & Historia Hebraica novè exponuntur & illustrantur;

Ut non solum vulgaris LEXICI, sed amplissimi & instructissimi THESAURI PHILOLOGICI loco esse possit;

OPUS XXX. ANNORUM,

Nunc demum, post PATRIS obitum, ex ipsius Autographo fideliter descriptum, in ordinem æquabilem digestum, & multis propriis observationibus passim locupletatum, Reipublicæque Christianæ bono in lucem editum

à

JOHANNI BUXTORFIO FILIO;

Ling. Heb. in Acad. Bas. Prof. ord.

M. D. Amnatus

Cum Indice vocum Latinarum, & Locorum N. T. illustratorum.

Opus ex expugatione
M. D. Amnatus

Cum Privilegio.



B A S I L E Æ,

Sumptibus & typis Ludovici König, M. DC. XXXX.

JOS. SCALIGER *autor damnatus*

SI QUEM DURA MANET SENTENTIA JUDICIS OLIM,
DAMNATUM ÆRUMNIS SUPPLICIISQUE CAPUT:
HUNC NEQUE FABRILI LASSENT ERGASTULA MASSA,
NEC RIGIDAS VEXENT FOSSA METALLA MANUS:
LEXICA CONTEXAT: NAM CÆTERA QUID MOROR? OMNES
POENARUM FACIES HIC LABOR UNUS HABET.



מזן לכולא ביהו
Dan 4.



זרחבטך אור
Psalm 112 4



DANIEL

JOHANNIS BVXTORFI P.¹⁰
LEXICON
CHALDAICVM TAL,
MVDICVM, ET
RABBINICVM,

Nunc Primum
in Lucem editum

a
J. JOHANNES BVXTORFIO
Ling. Heb. Professore. *H. Dominus*
Cum Priuilegio.

BASILEÆ
Sumptibus et Typis
LVDOVICI REGIS
ANNO MDCXXXIX.



ESRA

ואקים תחת אבי ואבננה הבית הזה




לשם יהודה אלהי ישראל
1. Reg. 8 20.



MONSTRIS NON TERRITVS



SCRVTANDO ERVNTIVL





ILLUSTRIBUS ET POTENTIBUS
GRONINGÆ ET OM-
LANDIÆ
ORDINIBUS,
DOMINIS SUIS CLEMENTISSIMIS, GRATIAM
ET PACEM à DEO OPT. MAX.
precatur

JOHANNES BUXTORFIUS FIL. *Authu Samnator.*



um magna semper fuerit omnium eorum laus, Viri Illustres & Magnifici, qui humanioribus & politioribus literis ac linguis propagandis operam suam contulerunt; maxima certe jure meritoque debebatur iis, qui sacratoribus linguis, quibus Verbum Dei est comprehensum, illustrandis, omnes suas curas & cogitationes impendunt. Quanto enim sanctissimum Dei Verbum, scriptis humanis præstat & præcellit, tanto præstantius quoque & nobilior est omne illud studium, quod circa ejus illustrationem versatur, quantumvis in speciem vile sæpè & perexiguum. *Ego ut verum fatear, inquit alicubi D. Bernhardus, jam olim mihi persuasi, in sacri pretiosiq; eloquii textu ne modicam quidem vacare particulam.* Nec otiosa proin vel supervacanea censenda est illorum opera, qui in minimarum etiam eloquii Divini particularum explicatione solidiore occupantur. Quales inter alios sunt illi, qui vel per Scholia & Commentarios, vel per Lexica & Grammaticos libellos, literalem & genuinum Sacræ Scripturæ sensum, ex linguarum ipsarum Originalium natura & fundamentis, solerter eruunt & scrutantur. Cùm verò hanc ad rem, ex omnibus in hoc universo linguis, nullæ majorem præstare possint usum, quàm Hebræa & Chaldæa, optimè certe omnes illi, & suis & aliorum studiis, cōsulere videntur, qui linguis his solidiùs, seu discendis seu docendis, omnes ingenii sui nervos intendunt. His duabus etenim linguis Sacræ Veteris Instrumenti Tabulæ sunt consignatæ, his duabus maximè linguis, quicquid uspiam est scriptorum vel librorum Judaicorū, est comprehensum. Et tamen nescio quo iniquo fato nunquam eam felicitatem aut dignitatem linguæ istæ hæctenus assequi potuerunt, ut vel tam necessariæ & utiles ac ceteræ haberentur, vel pari studio excolerentur. Ad unum vel alterum melioris notæ auctorem Latinum vel Græcum enarrandum aut recensendum, non piget multos, quantum est Latinorum & Græcorum auctorum, evolvere, & quicquid ad ejus illustrationem momentum aliquod afferre potest, incomparabili studio & diligentia conquirere & colligere: quotusquisque autem est, qui ad Sacrorum librorum illustrationem idem sibi faciendum putet, & priscos etiam Hebræos consulendos ducat? Et cùm foedus iste neglectus atque contemptus universum hoc studium hodie ferè occupet & comitetur, tum verò vel maximè Talmudicorum & Rabbincorum

EPISTOLA DEDICATORIA.

librorum lectionem adeò acriter invasit, ut perpauca reperiantur ex omni Hebraizantium Christianorum numero, qui eos audire & adire, vel velint vel valeant. Nolo nunc amplissimum illum campum ingredi, ut vel de contemptus hujus causis, vel è contrario de Rabbinici studii usu & utilitate in genere prolixè differam; unum tamen de Talmudico studio in hoc præloquio non planè intactum à me relinqui, & ad Patris mei τὸ νῦν μακαριεῖται, & ad meam quoque famam asserendam, pernecessarium esse duco. Nam cùm tantum apud multos Talmudis Judaici vigeat odium, ut vel ad solam ejus mentionem perhorrescant, vel omnia promiscuè quæ ex eo proferuntur, propter solum ejus nomen, condemnent & contemnant, valdè vereor, ne vel ipsum statim hujus libri frontispicium, dum LEXICON TALMUDICUM inscriptum vident, vel ejus argumentum, quod, post Chaldaicas in Sacra Biblia Paraphrases, magna ex parte in Talmudicarum vocum & rerum explicatione versatur, superstitione eos offendat. Inutilem arbitrabuntur, imò Christiano homini vix dignam operam, Talmudis Judaici non duntaxat lectorem, sed & interpretem agere, atque ad ejus lectionem nostram juventutem tam operosè invitare & adjuvare, quod illi potius modis omnibus supprimendum & exterminandū, atq; adeò flammis devovendum, vel undis submergendum censent. In promptu hìc sunt ipsis gravia præjudicia, quibus illud prægravant; quòd nempe plurima contineat absurda, fatua, fabulosa, falsa; multa apertè impia & blasphema cōtra Jesum Christum, & sanctissimam ejus matrem, contra Apostolos & Evangelistas; multa denique hæretica, & Christianorum religioni è diametro contraria & repugnantia. Non est instituti mei, Talmudis Judaici patrocinium suscipere, vel per omnia illud excusare: sed hoc duntaxat asserere, non etiam ex omni parte esse damnandum & abjiciendum, multaque utilia ex eo quoque, ut & cæteris Hebræorum scriptis, in Christianorum usum depromi posse. Et accusationes quidem prolatas quod attinet, nequaquam negamus, multa in eo contineri *absurda, fatua, & fabulosa*, quod ipsimet in hoc & aliis libris passim ostendimus; sed hoc interim etiam sciendum & dicendum, non omnia, quæ imperitis talia videntur, esse talia. Prisca enim gens Judaica, pro more omnium Orientalium, arcana mysteria, per figuras & enigmata, per jucundas & ingeniosas, lepidas & graves enarrationes, figmento & fabulis sæpè similes, explicabant, ut illis rudiores & simpliciores plebeculam ad lectionem suaviter allicerent, & istis quasi illecebris artificiosè caperent; ingeniosum autem lectorem, ad scrutanda & explicanda profunda mysteria, sub specioso cortice latentia, pressius exercerent. Hæc apud imperitos, tam Judæos recentiores, quàm Christianos, antiquorum theologizandi & philosophandi modum ignorantes, in ludibria & blasphemias convertuntur, quæ, non intellecta, sine judicio potius condemnantur, quàm ut cum judicio legantur & considerentur. Quis ignorat Poetas gentiles, etiam gustum Christianismi habentes, Theologiam, Ethicam, Politicam, simili modo tradidisse, quorum tamen libri, ob eloquii venustatem, aliasque virtutes, à Christianis leguntur, imò tanquam pretiosa κειμήλια asservantur, & in Scholis publicè præleguntur? *Impia & blasphema* quod attinet, contra Christum & sanctissimam ejus matrem, vel contra Evangelistas & Apostolos; unus est duntaxat liber Talmudicus, De Idololatria inscriptus, qui talia nonnulla continet, qui proinde totus ex editione Talmudis Basileensis, per ejus censores, Marcum Marinum, Italum Brixensem, & Petrum Cevallerium, Professore Hebrææ linguæ Genevensis, viros quibus inter Christianos tum in his literis doctiores nulli extiterunt, est exemptus. Deinde verum etiam est, in uno & altero adhuc loco Jesu Nazareni fieri mentionem; sed Judæi cum alium à nostro Christo ejusdem nominis esse volunt, qui centum & decem circiter annis, secundum illorum Chronologiam, ante ipsum vixerit, quod tamen nos contra ipsos ex aliis circumstantiis, alicubi in hoc opere in dubium vocamus. Proinde ne fraus Judaica, imperitiæ Christianorum in libris Talmudicis fucum faceret, omnis ista quoque historia ex editione Basileensi est deleta.

deleta. Loca illa alicubi à nobis sunt annotata, non ad stabiliendas & confirmandas Judæorum blasphemias, sed ad eas detegendas, & deplorandam ipsorum malitiam, fraudes & imposturas in lucem producendas. Omnino enim Christianorum interesse videtur, & hæc ab illis non ignorari. *Heretica & Christianorum religioni contraria* multa in Talmud reperiri, negari non potest. Constat enim, illos in præcipuis fidei articulis à nobis dissentire. Negant in Deo Personarum Trinitatem; sed de eo nulla peculiaris in toto Talmud contra Christianos est assertio vel dissertatio, simpliciter docentes illud Mosis; *Audi Israel, Jehovah Deus noster Deus unus est*, Deut. 6. 4. In Articulo de Messia similiter errant, quem ipsi credunt venturum, Christiani, venisse. At verò hic & in aliis à Christianis erudiendi sunt & docendi, ut, dum eadem loca de Messia accipienda esse simul cū Christianis fatentur, etiam discant & convincantur ab iisdem, Messiam istum jam venisse, & eum ipsum esse, quæ Christiani agnoscunt & colunt. Idem de Traditionibus humanis esto judicium: exemplo Jesaiæ & exemplo Christi doceantur, religionem ipsorum esse præcepta hominum, unde Deus sapientiam sapientum inter ipsos perdidit. Quod si itaq; Græcorum & Latinorum gentilium libri hæctenus non sunt aboliti, quod fidei & moribus Christianis cōtraria multa continent, sed inter nos cōservantur, ut linguis istis perfectius discendis & docendis inferviant, quis jure vitio vertet, eodem modo & sine libros Talmudicos & Judaicos inter nos retineri, & ad illorum lectionem juvenutem discendi cupidam, mediis autem & subsidiis hæctenus destitutam, omnis generis adminiculis allici? maximè eum ex his turbidissimis licet fontibus subinde aliquid etiam puri ad uberiores Verbi Dei illustrationem hauriri & proferri queat. Nequaquam enim, quod multi somniant, ita jam à Christianis interpretibus exhausti sunt illi fontes, ut nil sit posterorū diligentia & solertia relictum. Plura certè adhuc restant, quàm prostant. Sint modò, qui eos adire velint & possint. Utut ergo multæ sint inutiles quasi paleæ, multi furfures, in Talmud & aliis Judæorum libris: at omnia, quæ in iis traduntur, talia esse credere, præcipitata mentis est infania. Habent & illi utilia quandoque grana, & puram simulam: sunt in illis quoque infinita e contrario bona, & Christianis utilia, comprehensa. Cujus rei testes sunt, Johannes Picus Mirandulæ Comes, Johannes Reuchlinus, Sebastianus Munsterus, Martinus Raymundus (cujus compilator fuit Petrus Galatinus) Santes Pagninus, Johannes Mercerus, Emmanuel Tremellius, Angelus Caninius, Joh. Drusius & alii, qui omnes magna harum literarum lumina fuerunt, & passim in suis scriptis multa egregia in Christianorū usum ex illis deprompserunt. Sunt enim in Talmud adhuc multa quoq; Theologica sana, quamvis plurimis inutilibus corticibus, ut Majemon alicubi loquitur, involuta: sunt in eo multa fida Antiquitatis Judaicæ collapsæ veluti rudera & vestigia, ad convincendam posterorū Judæorum perfidiā, ad illustrandam utriusq; Testamenti historiam, ad rectè explicandos ritus, leges, cōsuetudines populi Hebræi prisca, plurimum conducentia. Sunt in eo multa Juridica, Medica, Physica, Ethica, Politica, Astronomica, & aliarum scientiarum præclara documenta, quæ istius gentis & temporis historiam mirificè commendant. Sunt in eo illustria ex antiquitate proverbia, insignes sententiæ, acuta apophthegmata, scite prudenterq; dicta innumera, quæ lectorem vel meliorem, vel sapientiosem, vel doctiorem reddere possunt, & ceteri rutilantes gemmæ non minus Hebræam linguam exornant, quàm omnes Latini & Græciæ flosculi suas linguas condecorant. Sunt in eo multæ vocum myriades, quæ, vel voces in Scripturæ Sacre usu raras, illustrant, & native explicant, vel totius lingue Hebrææ & Chaldææ usum insigniter complent & perficiunt, qui alioqui in defectu maximo mutilus & mancus jaceret. Sunt deniq; in eo quamplurima ad infinita Novi Test. loca quoad voces, phrasas & historiam insigniter illustranda, maximum momentum habentia. Possent hæc singula, quæ extremis tantum digitis attigimus, fuisse deduci & amplificari, nisi id viris in hac lingua peritis & exercitatis aliunde notum, & passim in hoc quoque opere vivis exemplis jam demonstratum esset.

EPISTOLA DEDICATORIA.

Quocirca nequaquam vel inutilem, vel non necessariam operam insumpsisse cēferi debemus, si nos in Hebraicis & Chaldaicis literis idem, quod ante nos alii in cæteris linguis, Latina præsertim & Græca, præstitimus; ut videlicet jam nostro labore Juventus Hebraica discendi avida, sine suo labore, non minus ad perfectam illarum linguarum intelligentiam pervenire queat, & Hebræos atq; Chaldæos codices, qui hætenus plerisq; Christianis ignoti & occlusi erant, evolvere: præsertim cum tantus hætenus hujusmodi subsidiiorum fuerit defectus. Quamvis enim alii ante nos hoc argumentum tractare inceperint, ut Sebastianus Munsterus, Guido Fabricius Boderianus in Opere Regio Hispanico, David de Pomis Judæus in Italia, & Valentinus Schindlerus; tantū tamen abest, ut publico desiderio satisfecerint, sitimq; *Φιλεργείων* restinxerint, ut eam potius vehementius accenderint & adauxerint. Nam præter infinitos vocabulorum defectus, & pravissimas illorū scriptiones & interpretationes, aliosq; innumeros errores, hoc in illis desiderabatur, quòd in nudis vocum interpretationibus substiterunt, neq; illarum usum, vel in diversis phrasibus (qui pro earum varietate insigniter etiam quandoq; variat) vel in rebus ipsis, ad vocum & phrasum intelligentiam scitu sepe pernecessariis, ostenderunt. Unum enim idemq; vocabulum aliam apud Grammaticos, aliam apud Philosophos, aliam apud Theologos, aliam apud Jurisconsultos significationem nonnunquam obtinet, quæ differentia sine exemplorum praxi, & rerum quarundam explicatione, dextrè nullo modo expediri potest. Qui Rabbiorum libros & loquendi modos rectè vult intelligere, cum oportet non solum linguæ & vocabulorum, sed & multarum rerum, consuetudinum, jurium, historiarum, atque adeò etiam nugarum Judaicarum, peritum esse. Quod itaque in aliis hætenus desiderari animadvertimus, id ut in hoc opere suppleretur, strenua à nobis navata est opera. Ita enim in hac materia tractanda versati sumus, ut unà cum vocum interpretatione & explicatione, simul in totius linguæ elegantiam, in rerum Hebraicarum cognitionem, librorumq; Rabbiorum usum universum, studiosus Lector veluti manu ducatur, & intromittatur.

Nam *Primò* plenissimum & perfectissimum exhibemus *Lexicon*, seu *Vocabularium*, omnes dictiones continens, quotcunq; uspiam in Hebræorum libris utraq; linguâ exaratis extant, unà cum nativis & genuinis illarum expositionibus & significatis Latinis. In utroq; quid supra cæteros Lexicographos præstiterimus, malo Lectorem in usu ipso experiri, quàm jactanter hîc amplificare. Qui collationem instituire volet, deprehendet innumeras voces à nobis primùm, longo usu & assiduâ Hebræorum scriptorum lectione, collectas & observatas, quæ in cæteris Dictionariis nullibi comparent; infinitas ex iis, quæ apud alios quidē extant, sed depravata & corrupta, restitutas; deprehendet etiam tantam in expositionibus quamplurimis differentiã, ut aliam linguam nos interdum tractare videri queamus. Has enim non ex cæteris vel Judæorum vel Christianorū Lexicis sine judicio exscripsimus, sed vel ex Hebræorum Commentariis excerpimus, vel ex ipsorum locorum consideratione & collatione eruimus, vel denique ex ipsarum vocum origine & etymologia venati sumus, quod cum maxima sua non solum utilitate, sed & voluptate, Lector experietur. *Secundò* *Etymologici* quoque vicem præstat hoc *Lexicon*, singulas voces, quantum fieri potest ad primas & veras suas origines referens, de quo ante nos nulli, vel certè paucissimè & rarissimè, cogitarunt. In Talmud, & Medraschim præsertim, plurimæ occurrunt voces peregrinæ, ex aliis linguis, Græcâ potissimum, petita, sed ita insigniter non rarò deformata, ut vix indicium aliquod nativæ ipsarum formæ appareat. Has plerasque ad suos fontes revocavimus, & orthographiæ suæ restituimus. Vocum Chaldaicarum ex Hebræis originem, & derivationis rationem, ubique etiam ostendimus & docemus. *Tertiò* continetur hîc *Phraseologia* copiosissima & selectissima. Vocibus enim singulis ex Targumim sive Paraphrasibus Bibliorum Chaldaicis, ex Talmud, & vulgaribus Rabbiorum libris, exempla usum indicantia statim subjiciuntur,

EPISTOLA DEDICATORIA.

ciuntur, sine quibus imperfecta & insufficientia sunt Lexica. Officium namque illorum non tantum hoc est, ut nudas & simplices voces duntaxat Lectori sistant & exhibeant; sed præcipue, ut usum & structuram illarum, pro diversitate phrasium, locutionum, aut materiarum, ostendant, & ad aliquid novi scribendum, invenientium & excogitandum, materiam suppeditent, quod in his linguis à nullo hæctenus tentatum, nedum præstitum. Atque in Targumicis quidem exemplis ea methodus est observata, ut secundum vocum accidentia, eorumq; ordinem, ut in Lexicis Bibli-
 cis, illa sint disposita: in Talmudicis verò & Rabbinicis ea ratio tam accuratè obser-
 vari non potuit; attamen singularis in illis habitus est delectus, ut singula ferè exem-
 pla aliquid peculiaris vel usus, vel elegantia, vel doctrinae habeant. *Quartò* enim stu-
 duimus, ut simul *παιροιμιολογίαν* & *γνομολογίαν* seu *αἰθολογίαν* studioso Lectori exhibere-
 mus. Hinc quotiescunque ferè observare potuimus, vocis aut phrasios alicujus u-
 sum, vel in eleganti aliquo adagio, vel gravi & illustri quapiam sententia occurrere,
 illas præ cæteris, veluti pretiosissimas gemmas & suavissimos flosculos, inseruimus,
 quæ Opus hoc non solum ornarent & illustrarent, sed & Lectori tanto magis com-
 mendarent. Quantum istares momentum habeat ad Orationis alicujus *γενεσιν*, ejus-
 demque decentem ornatum, ex lingua Græca & Latina judicium fiat. Sine harum
 certè cognitione, de linguarum ipsarum usu nemo gloriari, de illarum elegantia nemo
 ritè judicare potest. Hic autem si quis adverterit, inveniet in unico hoc libro majore-
 rem multò sententiarum & proverbiorum Hebraicorum & Chaldaicorum nume-
 rum, quàm in universis hæctenus editis, & mihi quidem visis, Christianorum libris.
Quintò deniq; *φιλολογίας* hujus sacrae praxis ostenditur, quâ ratione hoc genus studii vel
 ad Hebræorum authorum utilem lectionem, vel ad Historiæ sacrae & prophane usum,
 vel ad alia, accommodari queat. Hinc ex occasione unius vel alterius vocabuli aut
 loci, breves sæpè sunt institutæ digressiones & dissertationes, de certis quibusdam
 consuetudinibus, ritibus, vel de locorum quorundam peculiaribus interpretationi-
 bus, vel de aliis variis rebus, ex quibus, quâ ratione in Hebræorum scriptis versari,
 quidq; potissimum in illis observare debeant, studiosi addiscant. Atq; hæc omnia ita
 sunt pertractata, ut nullum vocabulum nullumque exemplum sit adductum, nulla
 sententia producta; summa nihil quicquam dictum, quod non continuo Hebræo-
 rum auctoritate & testimonio sit confirmatum: Exempla ex Targumim, quibus in
 capitibus & versiculis contineantur, indicatur: Talmudica, suos adscriptos habent
 libros, folia & columnas. Idem observatū in Rabbinicis, quod in nullo alio ante nos
 visum. Hujus autem rei usus non solum hic est, ut exempla auctoritatibus suis con-
 firmetur, & ex iis fidelitas interpretationis dijudicetur; sed etiam, ut studiosus lector
 erudiatur, in quibus libris, & apud quos authores, de hac vel illa materia aliquid re-
 perire queat. Verba enim sunt notæ rerum: ubi frequens vocabuli alicujus usus, illic
 & de re ipsa communiter solet agi. Hæc autem cuncta & singula ex Hebræis autho-
 ribus eruere, colligere, disponere, describere, ad sua quæq; loca referre, quanti laboris,
 tædii, temporis, & patientiæ fuerit, soli ii aliquo modo novisse possunt, qui similes la-
 bores subierunt & experti sunt, satis autem vix quisquam rectè expendere. Nullus
 enim Christianorum hæctenus istam viam hac ratione nobis præivit, vel materiam
 aliquam suppeditavit, nisi fortè in maculis eluendis & erroribus corrigendis, quo ipso
 plus sepe cursum nostrum retardarunt, quàm promoverunt. Hinc factum, ut in tot
 annos Opus hoc præter spem & opinionem nostram fuerit protractum. Trigesimus
 enim nunc annus vertitur, ex quo Pater meus b. m. maximorum virorum suavis &
 rogatu, primitus hanc telam est orsus; Anno videlicet infelicissimi & literis funestis-
 simi hujus sæculi, MDCIX. quam perviginti annos, (quam diu sc. per fata licuit) im-
 mensis laboribus & sudoribus continuavit; ita tamen, ut aliquoties alia intersper-
 ferit, sed talia, ex quibus huic quoque nascenti operi subinde aliquid incrementi &
 augmenti accessit. Et quamvis nihil magis in votis haberet, quàm ut huic monu-
 mento,

EPISTOLA DEDICATORIA

mento, in quo magnam melioris suę ætatis partem insumpsit, ipsemet ultimam manum, atque ita huic studio supremum quasi culmen imponere posset, ad quod hoc unicum adhuc subsidium desiderari videbatur; aliter tamen visum est ei, qui de nostris votis & conatibus pro suo arbitrio disponit, DEO OPT. MAX. Eousq; quidem ab eo vivente fuit perductum, ut totam Alphabethi seriem perfecit & absolverit, atq; ita sceleton totius operis reliquerit, sed multis partibus mutilum & imperfectum. Nam cum initio hos labores aggredere, nequaquam tam completum & diffusum opus, sed brevem tantum Epitomen ad formam Lexici sui Hebraici proponere cogitavit: unde factum, ut ultra dimidium literarum ordinem eam rationem tenuerit & observarit. Cum vero ulterius progredere, & quid in cæteris Lexicis desideraretur, quaqueratione defectus isti suppleri possent, quotidiano usu & experientia edoctus, magis magisque videret, animus ipsi cum laboribus crevit, perfectum & absolutum systema concinnandi, quod ad omnes authores, omnesque in hoc studio usus posset sufficere. Tum demum exempla copiosius capit conquirere, Targumicum, Talmudicum & Rabbinicum usum accuratius distinguere, Aruch, quod Lexicon est Talmudicum Judæorum, sed Christianis hætenus æquè ac Talmud ipsum inaccessible & impervium, diligentius excutere, in loca authorum ipsa inquirere, eademque cum librorum nominibus & paginis adscribere, & quæcunq; ex assidua lectione nova & notatu digna occurrerent, suis locis addere. Cum autem absolutis ultimis literis, cogitaret præcedentes quoque in eandem formam redigere, & cæteris æquales reddere, inevitabili Fati lege, in secunda litera Beth calamum deponere, & cursum sistere jussus fuit Anno M DC XXIX. Unde factum, ut & in inextricabili ferè confusione & maxima inæquabilitate Opus post se reliquerit. Itaque ne tot annorum in mensi labores inutiliter perirent, præcipue verò, ut & supremo Parentis voto, & publico virorum doctorum desiderio satisfacerem, divinam fretus gratiam, sepositis omnibus aliis studiis & cogitationibus, huic uni per aliquot annos totum me consecravi, & operi huic perficiendo & perpoliando omnibus viribus incubui; antecedentes Parentis labores adhuc confusos in ordinem redegi, quæ restabant, adhibitis, quæ ad manus erant, subsidiis, ad eundem modum & methodum pro virili sum prosecutus, nihilque adeò, quod quidem in me erat, reliqui feci, ut quàm absolutissimè in lucem prodiret. Fuerunt, qui mihi authores essent, ut ea quæ de meo addidi, peculiari caractere vel signo distinguerem: sed in ejusmodi Opere, quod infinitis penè additionibus, detractionibus, mutationibus, efformandum & perficiendum fuit, id vix fieri posse videbam, neque etiam multis de causis id consultum fore duxi. Maneat Parenti facta tecta gloria Authoris: sufficiet mihi, si Editoris haud incommodi laudem promeruero. Fidei certè & diligentia à me adhibita testes habeo Deum & conscientiam meam.

Sub Vestro autem patrocínio, Viri Illustres, Opus hoc lucem adspicere, & in publicum prodire, non sine gravibus & ponderosis rationibus volui. Prisci mortales, quod æternum cunctisque venerandum esse voluerunt, numini cuiquam dedicarunt, ut vel religio hominum petulantiam deterreret ab injuria. Exemplum hoc à lucis, à templis paulatim demigravit ad studia, ut, si quid novi operis pararetur editioni, celebri cuiquam gratiosoque nomini dedicaretur. Hinc illud Aristidis Adrianei dictum; *Τὴν μὲν νέως τοῖς θεοῖς καθιερεῖν, τὴν δ' ἀνδρῶν τὴν ἐλλογιμῶν τῇ τῶν βιβλίων ἀιανθέσει ἡμῶν.* Æquissimè fanè & rectissimè! Quid enim æquius, quàm literis eorum virtutem celebrare, quorum gratia & autoritate suus honor, suumque decus illibatum illis constat? quid justius, quàm eorum memoriam literarum monumentis æternitati consecrare, quorum munificentia vivunt vigentque literæ? quid denique convenientius, quàm literarum illorum nomini Templum dicere, qui literis, ut sanctè & intemerate coleantur, templum magnificum erexerunt? Quo nomine Vos, Viri Magnifici & Amplissimi, summo præconio, quinimò æternâ laude concelebrandi estis. Nam cum Martii his temporibus Musæ ubique profligantur, Pietas in exilium relegetur, Bonæ
literæ

EPISTOLA DEDICATORIA.

literæ opprimantur & intereant; vos contra, ut Pietas constabiliatur, Musæ floreat, & Bonæ literæ conserventur, sapientissimè & laudatissimè providetis. Hoc quippe sine, ante non ita multos annos, novam ACADEMIAM in urbe vestra GRONINGA munificè fundastis, magnificum ædificium & Musarum Templum in ea exstruxistis, Viris doctissimis & literatissimis, longè etiam lautissimis stipendiis evocatis, cam ornastis, &, ne uspiam vestra liberalitas claudicaret, publico etiam hospitiò Académico auxistis, in quo, qui tenuioris fortunæ essent, vestrà benignitate gratiosè sublevarentur. Quis hanc Vestram Pietatem satis venerari, vestram hanc Prudentiam satis admirari, Vestram hanc Benignitatem satis deosculari, Vestram denique hanc Munificentiam satis deprædicare possit? Tanta certè hæc sunt singula, ut ad ea dignè describenda, ne dum justè amplificanda, disertissimorum quoq; hominum vis & facultas deficiat, omneq; eloquentiæ flumen exarescat. Itaque cum & mihi hîc verba desint, major laus erit, ut in omnibus rebus magnis, silere, quàm infra rei dignitatem dicere. Interim ut testatum facerem, & me inter illos esse, quos Vestra hæc insignis Pietas, Virtus & Prudentia, in amorem & admirationem Vestri rapuit, Illustrissimo Vestro Nomini, Opus præsens, viginti annorum decursu à Patre meo b.m. adfectum, decenniali operâ à me confectum & in lucem editum, humiliter inscribere & dedicare volui, ut vel in eo, quamdiu illud vivet, ILLUSTRISSIMI ORDINES GRONINGENSES inter non postremos ACADEMIARUM CONDITORES ET CONSERVATORES immortalis encomio legerentur. Animum mihi ad hanc rem addidit, quòd compertum haberem, hæc linguarum Orientalium studia in primis apud Vos, ut in toto Belgio, in honore esse & pretio. Nam ad ceptos hos labores paternos prosequendos & perficiendos, insigne mihi calcar est additum ex vestra quoque Academia, à præcipuis ejus luminibus & columinibus, Viris Venerandis & Dignissimis, D. FRANCISCO GOMARO & D. HENRICO ALTINGO, Theologis celeberrimis, meorumque studiorum olim Heidelbergæ & Dordraci directoribus, nunc Fautoribus & Amicis honorandis, qui, ut complures alii, suis quoque literis ad id me seriò cohortari voluerunt. Tantorum virorum monita vel ideò non contemnenda mihi esse duxi, quia & ipsi sunt harum literarum & linguarum peritissimi, quod, præter alia profundæ eruditionis suæ documenta, Venerandus senex D.D. GOMARUS vel nuper satis superque declaravit in LYRA sua DAVIDICA, in qua, à temporibus Prophetarum collapsam, & per tot sæcula sepultam Profodiæ sacræ rationem & artificium, primus ingeniosissimè & sagacissimè detexit & aperuit. Horum itaq; Virorum Clarissimorum in me favore, meoque mutuo erga illos amore, etiam factum, ut tanto magis animo & affectu ad vos ire gestiverim. Quæ ergo hæcenus Vestra fuit erga literas & literatos percelebris Virtus, erga Deum ejusque Verbum, cujus illustrationi hic noster labor ancillatur, Pietas, gratioso quæso vultu libri hujus Dedicationem, quam veluti Tabulam sacram, pii Parentis manes, humiles Filii manus, ad excelsam Vestræ Virtutis, Vestræ Pietatis aram, devotè appendunt, accipite, atque in tutelarem Vestram protectionem benignè suscipite. Hoc ut à vobis debitâ observantiâ & submissione contendo: ita Deum supplex veneror, ut Rempublicam Vestram in pace, Academiam in flore, Ecclesiam in sancta unitate & concordia, Vosque omnes & singulos in læta tranquillitate & prosperitate, quamdiutissimè ad suam gloriam & publicum bonum, clementer conservare velit.

Basileæ mense Febr. ANNO MDCXXXIX.



OBSERVATIONES QUÆDAM COMMUNES DE VOCUM Chaldaicarum ex Hebræa lingua derivatione.

Chaldaica lingua plerasque voces cum lingua Hebræa, origine communes habet, sed eas differentes facit, vel Flexione vel Formatione.

Flexio consistit in vocum declinatione vel conjugatione, quam Præcepta linguæ Chaldaicæ declarant.

Formatio differens consistit, primò in literarum Radicis vel commutatione, vel transpositione: secundò in literarum Radicis vel detractioe vel adjectione: tertio in vocalium transmutatione.

Commutatione literarum.

Commutatio literarum præcipua est, & præ reliquis speciebus multiplex. Primò, Literæ homogeneæ five unius organi in pronunciando, & facile & crebrò inter se permutantur. Sic literarum quiescentium אהוי liberrima est permutatio: Sic palati, linguæ, dentium & labiorum, ut ex sequenti ordine alphabetico patet.

א in י: ut, ראש, ראש, caput, שׂוּל, שׂוּל, sepulchrum, אִימֵר, Dicam: Item in ה: ut, קרא, קרא, Vocare: Item in ו: ut, נד, perdere, להובד, Ad perdendum, ab אבד perire: להובד, perdi.

ב in פ ex lege literarum labialium: ut, ברזל, ברזל, ferrum, בצע, בצע, Scindere, vulnere, נשב, נשב, flare. Item in ו: ut, הוינא, Intelligentia, א בון, Intelligere.

ג in כ ex lege literarum palati: ut, גפרית, גפרית, sulphur.

ד in ט ex lege literarum dentium: ut, דבה, דבה, infamia, fama.

ה in א vel י frequentissimè in Verbis quiescentibus tertiâ radicali: item in ו: Item in ע: ut, קרה, קרה, Evenire.

ז in ד: ut, זהב, זהב, aurum: זבח, זבח, sacrificare: זה, זה, istud.

י in ו frequentissimè in Verbis à י incipientibus.

כ in ק: ut, קפל, קפל, duplicare: קובע, קובע, galea.

ל in ר & contra, quam commutationem quasi naturalem, etiam à pueris discimus: ut, ארמנה, ארמנה, vidua: אלו, אלו, ecce.

מ in נ ex liquida ipsarum in pronunciando natura. Id in Nominibus pluralibus masculinis perpetuum est, quomodo & Hebraicè talia quædam sunt: ut, חיים, חיים, Vita, מלכים, מלכים, reges, & similia.

נ in ל: ut, נשבה, נשבה, cubiculum, ארמנה, ארמנה, vidua.

ס in ש, & contra, frequentissimè. Rarius in ש: ut, כנס, כנס, congregare. Item in ז: ut, סור, סור, recedere.

ע in ק: ארץ, ארץ, terra, עץ, עץ, lignum: item in א: ut, זרע, זרע, lignum, זרע, זרע, semen.

צ in ע: ut, ארץ, ארץ, terra, צאן, צאן, Ovis, עץ, עץ, lignum, צוק, צוק, angustia affici, רצה, רצה, velle: item in ט: ut, יעט, יעט, consulere, קיש, קיש, assas: item in ס: ut, עץ, עץ, lignum.

ק in ע vel א: ut, קרה, קרה, Evenire. Item in כ: ut, תקן, תקן, Ordinare.

ר in ל, ut supra in litera ל.

ש in ט: ut, קשר, קשר, Ligare. Item in ת frequentissimè: ut, שלג, שלג, nix: תלת, תלת, Tres: ששים, ששים, Sexaginta. Item in ס: ut, שמר, שמר, Custodire. Inde Euphrateorum dialectus, שבלת, שבלת, Jud. 12.

ש in ס: ut, עשרה, עשרה, decem.

ת in ש: ut, טעה, טעה, errare. Et in ם in Nominibus pluralibus foemininis: ut, גבורות, גבורות, potentia.

Transpositione literarum.

Transpositione literarum: ut, חלק, חלק, ager, שער, שער, porta, ubi ש & ש mutatum in ת, ut ante positum.

Adjectione literarum.

Literarum adjectio fit vel ab initio, vel in medio vocis. Ab initio, עבד, עבד, servire, חלה, חלה, permutare, גלגל, גלגל, rotundus: ריק, ריק, inane. Sic Hebraicè להבת, להבת, flamma. In medio, שבט, שבט, sceptrum, כסא, כסא, solium, רפד, רפד, ratis, ערל, ערל, nudus. Sic Hebraicè, שאנן, שאנן, viridis.

Detractione literarum.

Detractione, ab initio: ut, אחד, אחד, unus, אנוש, אנוש, homo. A fine, בית, בית, domus, שבת, שבת, sabbathum, חקים, חקים, statueret, מלכות, מלכות, regnum, שב, שב, septem. Sic ישוע, ישוע, unde judæi dicunt.

De vocalium mutatione.

Kametz initiale five penultimæ syllabæ communiter mutatur in Scheva, tam in Verbis quàm in Nominibus: In Nominibus verò etiam ultimum Kametz ante consonam mobilem mutatur in Pathach: ut, פקד, פקד, precipere, בשר, בשר, caro.

Tzere & Sægol penultimæ syllabæ in Nominibus mutatur in Scheva, & Sægol ultimum in pathach: ut, ספר, ספר, liber, כסף, כסף, argentum.


Cholem in Participiis & Nominibus frequentissimè transit in Kametz: ut, פוקד, פוקד, precipiens, פוקדות, פוקדות, precipientes: עולם, עולם, quod & עולם, עולם, apud paraphrasas: כהן, כהן, sacerdos, קול, קול, vox, את, את, signum. Forma קדש transit in קדשא, קדשא, vel קדשא, קדשא, ubi ו primitivè erat duntaxat index vocalis o vel u brevis, id est, Kametz chatuph vel Kibbutz, sed qui vocales ascripserunt, id in scriptura reliquerunt, unde scheva sequens nihilominus mansit quiescens. Idem accidit ei, quando cum Cholem loco Kametz chatuph vel Kibbutz notatum est. Sic & litera י sapissimè in scriptura mansit, cum adjectis vocalibus tolli debuisset: erat enim index vocalium, quæ cum accederent, ei non debebat amplius dari locus.

Schurek in Participio Pahul transit in Chirek: ut, כתוב, כתוב, scriptum est, קרי, קרי, legitur.

Pathach in Nominibus formæ טעם, טעם, in בעל, בעל, & contractè בל, בל.

Sægol ante explicatum.

Similia diligens lector & Grammatices studiosus observabit & notabit.





Qui sua victuris commisit nomina chartis,
Notus qui Eois Hesperijsq; plagis:
Sermomis vindex ^{Sandi} BUXTORFFIUS ille
Hac parua nobis pingitur in tabula.
Altius haud potuit generosa ascendere virtus,
Spernereq; Invidiam perfide Mome tuam.

In Thesaurum sacrum philologicum


Rever. & Clariss. Viri,

D. JOHANNIS BUXTORFI,
Hebræarum literarum Doctoris solertiss.
Affinis & Collegæ honoratiss.

M. LUDOVICI LUCII
Elegidion.

Noscere qui cupiat sacri mysteria Verbi,
Nec velit à sensu devius esse sacro:
In vim verborum prius hic inquirat, oportet,
Et phrasin assuescat condidicisse Fova.
Sunt voces sacrae sacrarum symbola rerum:
Absque his illarum cognitio esse nequit.
Cognitio veri manus est venerabile valde;
Per quod se verè prodit imago Dei:
Nemo sed assequitur facile, nam, quò magis est res
Sacra, magis gravis est, difficilisq; nimis.
Ingenii hac celata latet caligine crassa:
Falsorum moles hanc quasi nocte premit.
Quam quia Mortales malunt praeponere luci;
Ignares tot habet Mundus ubique viros.
At sapiens ex his tenebris, in lucis apricum,
Philologus verum ducit, & arte probat:
Philologus, cui res cura, pia grammata cordi;
Aurum, qui, quantum distet ab ære, docet.
Qualis, BUXTOREI, vir es admirandus in ævum;
Qui Linguae sanctæ cognitione vales,
Adq; hanc Discipulis dux es: quos voce fideli
Instituens, veri pellis inire viam:
Ac res diversas rectè à ratione coaptas,
Verbaq; cum rebus consona cuncta facis.
Dum Paraphrastarum sacrorum sensa recludis;
Et Rabbinorum dogmata versa notas.
Naturæ bona dona tuæ quis dicere possit?
Indefessa canat quis meditata tibi?
Quæ tibi si soli tantum retinere placeret:
Utilitas tenuis, gloria parva foret.
At nunc non defossa tenes tibi credita dona:
Omnibus expendis, qui modo cunque petunt.
Nil equidem puerile doces: aperire laborans,
Sensa quibus pateant, mystica verba Dei.
Sic, quæ nunc stolidis spreta est sacra Lingua diebus,
Incipiet, duce te, rursus amore coli.
Sic tibi devinctos reddes Pietatis alumnos:
Gloria sic constans stabit ubique tibi.
Sic te, qui tuæ committis bona semina multis,
Ceu Solem, faciet lumen habere Deus.
Hic idem, precor, hunc vertat feliciter annum;
Atque à te clemens arceat omne malum!
Augeat ille tuas vires, ac dona docendi;
Viventem placidè servet & ille diu!

Postrid. Natalis Domini, inchoantis annum 1639.



אֱלֹהֵהוּ עֲלֵה שָׁמַיִם לֹא חָדַל
הָיִוֹת בְּאֶרֶץ בְּאֱלֹשֶׁע רֹחוֹ גָדֹל :
וְרַבֵּנוּ יוֹחָן בּוֹקְשְׁדוֹרֵף יֵה שְׁלֵקְחוֹ
בְּקָרֵב בֶּן יַחִיד הֵן עֵתָה חַי רֹחוֹ
אֲשֶׁר מוֹרָה בְּלִשׁוֹן קָדֵשׁ בְּעִיר בּוֹזָאֵל
מְלִמֵּד דְּבָרֵי תוֹרָה לְבָנֵי יִשְׂרָאֵל :
וְהִנֵּה זֶה סֵפֶר בּוֹקְשְׁדוֹרֵף הָאֵב חֲבֵרוֹ
בְּיָמֵינוּ הוֹצִיא בֶּן נַחְמֵד וִיקָרוֹ
מִפְרֵשׁ בּוֹ תַרְגּוּם כְּתוּב בְּלִשׁוֹן בְּשָׂדִים
וְחֻכְמַת רַבָּנָן גַּם חֻכְמַת תַּלְמוּדִים
וְעֵתָה פֶה קָרְבוֹ שְׁתוֹרָה חֲפִצִּיכֶם
קִנּוּ נָא הַסֵּפֶר הַמְּאִיר עֵינֵיכֶם :
וְאֵתָה אִישׁ גְּדוֹל מוֹרָה סוּד בְּחוּרִים
אֶהוּבֵי עֲמֵלֵת הַאֲכָל מַעֲבוּרִים
רְאֵה בְּשָׁלוֹם צִיּוֹן גַּם בְּבָנֵי בְּנֵיךָ
תְּהִי בְרַכַּת שְׂדֵי לְעַד אֵת פְּנֵיךָ :

JOH. JACOBUS WOLPHIUS, LING. HEBR. ET GR. IN SCHOLA
Tigurina Professor.





JOHANNIS BUXTORFI

LEXICON

CHALDAICUM TALMUDICUM ET RABBINICUM.



א

אֲאוּרֵךְ Hæc vox in Lexico Talmudico Aruch prima est, propter duo א, à quibus incipit. Adducitur autem non tanquam vox significativa, aut cujus significatū explicare sibi author Lexici proposuerit, sed propter cōtroversiam, quæ de ejus scriptione in Gemara à Doctorib. Talmudicis movetur. Disputant enim, an qui duas literas in Sabbatho scribat, peccet propter violatum Sabbathum. Traditio proponitur talis: הכותב שתי אותיות בין בימינו בין בשמאולו בין משם אחד בין משתי שמורת בין משתי סמיניות ככל לשון חייב, id est, Scribens (in Sabbatho) duas literas sive dexterâ sive sinistrâ, sive ex uno vocabulo, sive ex duobus, sive ex duabus signaturis in quacunque lingua, reus est, scil. violati Sabbathi, in lib. Schabbath, fol. 103. 1. De sensu hujus Traditionis Doctores in Gemara disputant. Rabbi Jehuda statuit, si quis scribat duas literas, quæ aliquod separatum nomen aut vocabulum constituent, veluti שש, תת, דד, aut similes, is reus est violati Sabbathi. At si quis scribat duo Aleph vocis אֲאוּרֵךְ, quidam opinatur, eum non fieri reum, quia duo Aleph nihil per se significant. At R. Schimeon distinguit ac dicit, si scribat duo Aleph בגלטרין in amuletis ac schedis magicis, tunc peccat. In amuletis enim duæ istæ literæ aliquid certi significant, veluti אמן אמן Amen, Amen, vel possunt denotare duo nomina Angelorum, aut nomina divina ארני אלהים, aut simile aliquid, prout voces multæ in talibus pergamenis nudis initialibus literis scribi solent, ad tegendas magicas aut superstitionosas artes. Glossa Talmudica vocem Talmudicam גלטרין explicat per vulgatâ Rabbinicam קמעין. Et sic in Aruch. Est autē קמעין Amuletum, scheda membranacea, magicis literis & characteribus, ac superstitionosis vocibus conscripta, ac

de collo suspensa, ad abigendos morbos aut alia mala. Author Aruch ergo non explicat vocem אֲאוּרֵךְ, sed vocem גלטרין. Quid autem אֲאוּרֵךְ sit, adhuc quærendum. In Talmud etiam non explicatur, & præterea non per ו, sed per ד in medio scribitur, אֲאוּרֵךְ. Falsi ergo sunt, qui hanc vocem idem volunt esse, quod קמעין sive גלטרין, Amuleta, chartas experimentales, brevia, schedas membranaceas, aut quo alio nomine vocari possint. Puto ego non esse vocem peregrinam, sed vocem Biblicam exempli loco adductam, nempe אֲאוּרֵךְ Jesa. 45. 5.

אֲאוּרֵי Hæc vox est secunda in ordine literæ א in Aruch posita, itidem propter duo א, à quibus incipit. Apud Talmud. autem scribitur אֲאוּרֵי. Vide ergo eam infra in אור.

אב *Abh sive As*, nomen mensis quinti, qui à novilunio Julii nostri incipit, ipsiq; in ordine respondet, à Martio incipiendo, qui primus mensis ratione sacrorum Hebræis à Mose institutus est, Exod. 12. Hinc in Targum: על די פסקי למפק בחמשה עשר יום באב עזיר (ad festa) decimo quinto die in As, Thren. 1. 4. Item באב לא In Julio non, quia in eo cessarunt mortui deserti, Esth. 3. 7. in secundo Targum: והיה ליליא תשע יומין באב הורה. Ista autem nox nono die mensis Julii fuit, Thren. 1. 2.

אבב *Fructum producere.* Partic. אבבא. Quæ in principio fructus producit, Hof. 9. 10.

אבבא *Fructus, Proventus: Plural. emphat.* אבבא In mense collectionis fructuum, Hebr. אבבא In mense Bul, qui est mensis octavus, 1. Reg. 6. 38. Bul hîc mensis nomen est, aliàs etiam est Fructus, Proventus.

אבבא & Dagesch resoluta in אבבא, Idem: אבבא Et ostenderunt ipsis fructum

A ctum



ctum terre, Hebr. פרי הארץ, Num. 13. 27. Sic
 פרי, quando cum ארץ vel אדמה jungitur, ple-
 rumque transferri solet, ועברו פרי אבנא Et fece-
 runt fructum proventus, Hebr. תבואה, Psal. 107.
 37. Et fructum terræ tuæ, Deut. 7.
 13. Sic Deut. 28. 18. ובאבנא דארעך Et in fructu
 terræ tuæ, Deut. 28. 11. Et attulit Kain de fructu terræ,
 Genes. 4. 3. ובכל אנבי Et omnem proventum meum evelleret,
 Hebr. תבואתי, Job. 31. 12. Fructum
 vestrum prosperè feretis, Ezech. 36. 8. יהי כל
 ערייתו קרש Erit omnis fructus ejus sanctus. Jona-
 than, cum אבניה loco Dagesch, Lev. 19. 24. &
 sic ובדרו אבניה Et dispergite fructus ejus, Dan. 4.
 11. Et fructus ejus plurimusest, Dan.
 4. 9. ותתן ארעא אבניה Et dabit terra fructum suum,
 Levit. 25. 19. ויכלון אבניהו Et comedent fructum
 earum, Jesa. 65. 21. Sic Amos 9. 14. Et
 comedite fructus ipsarum, Jesa. 37. 30. Apud
 Talmud. מן אבנו של אילן A fructu arboris, Bava
 Kama fol. 81. 1. Sic Glossa, מענפין הרקין
 Ex fructu ejus, hoc est, ex ramis tenuioribus.
 Baal Aruch in חב secundo legit מחוכו, & explicat,
 מענפין בצדרין שמחכין האילן A ramis qui sunt in la-
 teribus, qui tegunt arborem. Huic lectioni fa-
 vet, quod apud Syros חב הכובא Act. 28. 3. &
 חבתא 1. ad Cor. 3. 12. in simili significatione reperitur.

Arista, Spica: Meton. Grana aristæ:
 אבני, אביב, ארי סעריא אביב, ut, Nam hordeum erat spica, id
 est, spicatum, excreverat in spicam, Exod. 9. 31.
 אבני קלי בנור Spica tosta igne, Lev. 2. 14. Hinc est
 mensis Martii nomen, qui aliàs ניסן dicitur, quòd
 tunc hordeum legitur fuisse spicatum, quasi
 Mensis spicarum, Exod. 9. 31. Chaldaicè dicitur
 אבניבא ut, Hodie vos exi-
 tis in mense spicarum sive Martio, Exod. 13. 4.
 אבניבא לזמן ירחא אבניבא Ad tempus mensis Abbiva,
 ארי בירחא אבניבא Nam in mense Abbiva egressus
 es ex Ægypto, Exod. 34. 18. אבניבא
 Observa mensem Martium, ut facias Pascha:
 nam אבניבא In mense Avif Martio eduxit
 te Deus ex Ægypto, Deut. 16. 1.

Saltus, Sylva, Talmudicè in illo prover-
 biali, אבניבא אבניבא אבניבא אבניבא אבניבא
 Ex ipsa est, & in
 ipsam sylvam redit securus, Sanhedrin cap. 4. in fi-
 ne. In eos usurpatum, qui suis unde orti, damno
 & exitio sunt. Sic David ex Rutha Moabitide
 ortus, Moabitas perdidit, Obadiah Edomæus,
 Edomæis exitium denunciavit. Vide Apolo-
 gum in Fab. Æsopi de Sylva & Rustico. Sic,
 אבניבא אבניבא אבניבא אבניבא אבניבא
 Raf Afsi erat sylva in
 Salania; Glossa, אבניבא, id est, יער, Moëd Katon
 fol. 12. 2. Quod Aruch etiam pro Salice expli-
 cat, id hodie in Gemara loco citato non legi-

Sylva sorbo arbore confita.
 אבניבא אבניבא אבניבא אבניבא אבניבא
 Organum, instrumentum Musicum
 Ecclesie sacris potissimum destinatum. Sic respon-
 det Hebræo עונב. Item *Fistula, Tibia*, pro He-
 bræo הליל: ut, ויחרון לקל אבניבא, Et lætabuntur
 ad sonum organi, Job. 21. 12. *Cum servilibus ab*
 initio, זמר כנורא ואבניבא, Pulsationem citharæ &
 organi, Gen. 4. 21. *Cum carmine*
 laudatorio in organo, Jesa. 30. 29. vel *Tibia*,
 Hebr. בחליל. *Cum affixo Pronomine*,
 ואבניבא אמתיל, Et organum meum assimilatur voci la-
 chrymantium, Job. 30. 31. *Pluralis numerus*,
 אבניבא, sicut musica organorum, vel cantus tibia-
 rum, Hebr. כחלילים, Jer. 48. 36. Sic Ezech. 33. 32.
 pro Hebr. כשיר ענבים. *Cum servili*,
 בחלילין ואבניבא, Cum tibiis & organis, Psal. 150. 4. Hinc Horatii
 interpretes deducunt illud Satyr. 2. lib. 1. *Ambu-*
bajarum collegia, quòd Ambubajæ fuerint
 אבניבא אבניבא אבניבא אבניבא אבניבא
 Tibicing, mulieres vagæ & viles, tibia-
 rum cantu se alentes. Ab hoc Chaldæo vel Syro
 Abbubha, interposita litera M, ut in Ambire,
 Ambages, Ambarvales, & similibus, fit Ambu-
 baja, Tibicina. Apud Rabbinos, פתח בחליל וסיים
 Incepit à tibia, & finivit in fistula. Differunt
 enim tibia & fistula, unde apud Plinium: Hic
 calamus tibiis utilior, ille fistulis. Item אבניבא של
 אבניבא של אבניבא של אבניבא של אבניבא של
 Fistula ærea, ברזל אבניבא של אבניבא של אבניבא של
 ex calamo. Vide de hoc vocabulo Maje-
 monem in Comment. Misnajoth, in Erchin
 cap. 2. sect. 3.

Vas æreum vel fictile hinc inde perforatum,
 ut perspirabile esset, quo אבניבא אבניבא אבניבא אבניבא אבניבא
 Aristæ recentes sive gra-
 na aristarum recentia, sole non satis cocta & exsicca-
 ta, torrebantur. Apud Talmudicos, נתנוהו לאבניבא
 Posue-
 runt eas (aristas vel fruges) in sartagine, fuit-
 que sartago ista perforata, ut ignis vel calor pe-
 netraret undique, Menachoth cap. 6. fol. 66. 1.
 Glossa addit, fuisse vas illud ex ære. Alibi legi-
 tur, fuisse etiam fictile, משהוירם שבכלי הרם
 Munda vasorum fictilium sunt, & cæt. אבניבא של קלאים
 Et sartago tostarum spicarum, Kelim cap. 2.

Avis nomen, pro Hebræo אבניבא, quod
 Milvum reddunt, Lev. 11. 19. Et Deut. 14. 13. In Jo-
 nathane & Targû Hierof. ponitur pro Hebræo
 אבניבא quod Picam interpretantur.

Fistula pastoris. Herba est, quæ aliàs
 vocatur apud Talmudicos חוטרא דרעיה *Virga pa-*
 storis. Scribitur & per א in medio, אבניבא רואה. In
 libro de Sabbatho, ושותן אבניבא רואה, Et bibunt fi-
 stulam pastoris, id est, potum de ista herba con-
 fectum, Schab. cap. 14. fol. 109. 2. Majemon notat
 Arabicè vocari עצאלרעי.

Horror, Horripilatio, juxta Munsterum.
 אבניבא
 In Aruch

In Aruch videtur omnino pro Frigore accipi. Citatur ex Bereschit rabba, sect.19. ubi hodie in ejus sectionis principio pro eo legitur, חככים באה עליו, Omnis generis scabies invasit eum, à חכך Scabere. Et hoc pravum videtur pro חככית, cum qua lectione rectè convenit sequens באור. Pro hoc alibi legitur, ונכנסה בו חמה ואכאכית, Et invasit eum calor & frigus sive scabies pruriens, Ber. rabb. sect. 53. Hunc locum adducens Aruch, scribit עכעכית. Aliam insuper lectionem adducit, עועית. Hæc sine dubio ea est, quæ extat in Medrasch Kohemoth, cap.1. vers.8. חמור עוית עליו An vidisti unquam asinum epilepticum, aut camelum epilepticum. Morbus est, quo pervertitur & contorquetur corpus, ut in epilepticis, שנתעוות שנתעקם ידו, ut habet Glosfa. In Jalkut part.1. fol.27.col.2. scribitur ועכעכית.

Vide infra in אבגו.

אבד *Perire, Interire. Præter.* ובליליא אחרונה אבד Et nocte altera perit, Jon.4.10. ארי אבדת Nam periit Ægyptus, Exod.10.7. אבד אבדת Quomodo periisti, Ezech.26.17. אבדו עממי מארעה Perierunt populi ex terra sua, Psalm.10.16. ואבדו Et perierunt ex medio cœtu, Num.16.33. וית ראבדו לא בעיתון Et eas quæ perierunt, non requisivisti, Ezech.34.4. ואבדא אתניא Alinae quæ perierunt, 1.Sam.9.20. וי לכו מואב אבדתון Væ vobis Moab, periistis, Num.21.30. אבדא אבדא Perimus, Ezech.37.11. *Participium præsens,* אבדא Periens in justitia sua, Eccles.7.17. *Participium præteritum,* אבדו Migratione eorum qui pereunt, pereuntium, perditorum, Jer.12.17. vel est tertia pluralis cum Nun paragogico. *Infinitivus,* ארי מיבד, ארי מיבד Nam pereundo peribitis citò, Deut.4.26. למיבד נכסא Ut pereant facultates, Eccl.3.6. Cum a paragogico, ארי מיבד Futurum est ut pereat, peritura est, Exod.10.7. in Jonath. *Futurum,* ארי מיבד Donec pereas citò, Deut.28.20. ארי מיבד Testis falsitatis peribit, Prov.21.28. ארי מיבד Et spes improborum peribit, Prov.10.28. quod est cum נ ab initio loco i more Syro. Sic cap.19.9. ויבד כל Et peribit universa domus Achabi, 2.Reg.9.8. ארי מיבד Desiderium improborum peribit, Psal.112.10. ארי מיבד Et peribit sapientia de sapientibus ipforum, Jesa.29.14. ארי מיבד Ne jam pereamus, Jon.1.14. ארי מיבד Sic peribitis, Deuter.8.20. ארי מיבד Et peribitis citò de terra, Deut.11.17. ארי מיבד Etiam ipsi in æternum peribunt, Num.24.24. ארי מיבד Donec pereant, Deut.7.20. ארי מיבד Et peribunt viri litis tuæ, id est, adversarii tui, Jesa.14.11. *Pabel,* אבד

אונרת Acies cultri utrinque scindens, culter duplicis aciei, Cholin fol. 17. 2.

אנרטמין Praefectus mensuris, officialis mensurarius, qui mensuras ex publica auctoritate iustificat, et signo publico notat, falsariosque punit. Ba. bathra fol. 89. 1. In Ba. kama fol. 89. 1. scribitur **אנרדמים** & explicatur **סוחר ישמעאל** Mercator Ismaelita.

אנרטין Potus dulces: ושתה יין ישן ומיני אנרטין Et bibit vinum vetus & alia dulcia, Medrasch Kohelth cap. 1. vers. 8.

אנרומי Licentia, facultas, privilegium. Alibi scribitur אנרומי, alibi **אנרומי ממצרים**, alibi **אנרומי**, alibi accepit licentiam ab Aegyptiis, Bere. rab. sect. 75. scil. licentiam, ut esset telonarius.

אנרנא Absynthium. כאנרנא רמותא Sicut absynthium mortis, Deut. 29. 17. in Jonath. Targum Hierosolymitanum pro eo habet **לענתא**, quod est ex Hebraeo לענה. Vide supra in אנר.

אנרין Agrestis, Sylvester, vel Sylvestris, Ferus: כלב אנרין Canis ferus, sylvaticus, Ber. rab. sect. 77.

אנרנימוס Agoranomus, Praefectus super victualia, vel foro rerum venalium. Est Graecum ἀγορανόμος, cujus officium dicebatur ἀγορανομία. Hinc לא עם אנרנימוס Non cum agrorum sive proventuum curatore urbis, quia ipse est occupatus cum victualibus urbis, Vajik. rab. sect. 1. In Jalkut fol. 279. 1. legitur אנרנימוס.

אנרסטין Agrestes, Sylvestres: סוסון אנרסטין Equi sylvestres, Jer. 5. 8. Rectius diceretur אנרסטין.

אנרסטוס In Jalkut Proph. fol. 50. colum. 3. **אנרסטוס** & explicatur, hoc est, **רוח אנרסטוס**, Sylvaticus, Agrestis. Vide in אנר, אנרסטוס.

אנרפס Agrippa rex.

אנרפוס Praefectus provinciae. Sic citatur in Aruch ex Beresch. rab. sect. 12. sed ibi hodie legitur אנרפוס.

אנש Hinc citat Baal Aruch hoc loco, ex Medrasch Echa cap. 1. 21. אנשתון אפיכון Obdurastis facies vestras. Sed pro eo hodie in nostris libris legitur אנקשתון.

אנר Tunc, Hebr. אז: ut, אנרין רניאל, Tunc Daniel domum suam recepit, Dan. 2. 17. ubi Masora notat, tredecim locis in principio versus inveniri, nempe in textu Biblico Chaldaico, non in Targum: אנרין רניאל, Tunc comminuta sunt pariter, Dan. 2. 35.

אנרבעא Digitus: כתובין באנרבעא דיי Scripte digito Dei, Exo. 31. 18. in Jonathane. א ab initio servile est, ut notum. Alias in Targum dicitur אנבעא ut Hebraice. Est ergo commuta-

tio literarum א & ר, quae & aliàs saepe fit.

אנרדא Pluma, penna quibus lecti & cervicalia implentur. Sic scribitur in Aruch, sed in Gemara legitur אנרדא. Vide ergò infra in אנר, & sic sequentia.

אנרדא Vide infra in אנר.

אנרדא Et hoc vide in אנר.

אנרה Baal Aruch adducit hinc דארדא אנר, quod vide in ירה.

אנרעה Interea: והיא רביא Interea advenit puer iste. Et aliter, והיא רביא Interea, Compositum ex אנר & רביא.

אנרעה Exstinguere, juxta Aruch, unde adducit, אנרעה לנר. Ad extinguendum, ut idem sit quod אנרעה. At in Gemara legitur אנרעה de quo vide in אנרעה.

אנרעה Illa, ipsa: alius, alia: תניא אנרעה Doctrina vel Traditio alia, in Talmud frequens.

אנרעה Adhuc, Amplius, Præterea. Et hic est אנרעה pro אנרעה, ut paulò antè.

אנרעה Vide in אנר, in אנרעה.

אנרעה Sic adducit hic Aruch, pro quo in Gemara legitur אנרעה, de quo infra in אנרעה.

אנרעה Rubere, Rubrum, Rufum, Rubicundum esse.

אנרעה Hithpahel, התאנרעה Rubrum fieri. Apud Rabbinos in illud, אל תראה יין כי יתאנרעה Ne aspicias vinum, quia rubrum est, Prov. 23. 31. Alius dixit: כי אחרתיה דם Quia finis ejus est sanguis, i. e. excitat lites & pugnas cum sanguinis effusione. Alius dixit: כי יתאנרעה לדם נרעה Quia expetit sanguinem menstruatae mulieris, id est, excitat libidines, ut ne menstruatae mulieri parcat, sed ad impurissimam scortationem furens feratur homo. Allusio ad אנרעה. Alius dixit, כי מסמיק לירה, Quia rubram facit faciem hominis. Tanchuma.

Deinde אנרעה idem quod אנרעה Discindere, in frustra secare: אנרעה אנרעה In frustra secant eam, Avoda fara fol. 38. 2. Aruch legit per He.

אנרעה Terra, à rufo colore sic dicta, qui ei in Oriente naturalis. Hebraeum אנרעה & אנרעה sic quandoque redditur, reliqua autem per אנרעה explicantur, vel אנרעה ut, אנרעה Ad colendum terram, Gen. 2. 5. אנרעה תעביר Altare ex terra facies, Exod. 20. 24. אנרעה תעביר מעפר אנרעה Ex pulvere terrae, 2. Reg. 5. 17. Quod faciunt ex pulvere terrae, Jesa. 45. 9. Vide infra in אנרעה.

אדם Adam, nomen proprium primi hominis; quem Deus in paradiso creavit, & ab Hebraeis communiter vocatur אדם הראשון Adamus primus, & à Chaldaeis אנרעה קדמא quod idem. Inde in Targum, Laus שבתא ושירא די אדם קדמא על יומא דשבתא & canticum, quod dixit Adam primus super diem

diem sabbathi, Pſal. 92. 1. Volunt Hebræi, Adamum primum iſtius Pſalmi authorem eſſe. De hujus creatione Talmudici Doctores inter ſe diſceptant. Alii voluerunt eum creatum fuiſſe **הדא יצירא** unâ formatione, alii **שני יצירות** duabus formationibus, id eſt, unâ formâ, virili ſcilicet; vel duplici formâ, virili & fœmineâ ſimul; antè ſcilicet habuit frontem & corporis virilis formam, retrò ſive à tergo, frõtem & corporis muliebriſ formam. Poſtერიoreſ hanc ſententiam probant eo quod dicitur, *Et creavit Deus hominem ad imaginem ſuam, ad imaginem Dei creavit eum*: & mox, *Marem & fœminam creavit eos*, Genef. 1. 27. Huc etiam reſpicit Jonathanis translatio, Genef. 1. 27. Item, *Retrò & antè formaſti me*, Pſal. 139. 2. Ad quem verſum ſcribunt, **דיו פרצופין היו לאדם הראשון** Duo vultus fuerunt Adamo primo, &c. Poſtea verò Deus divulſit hoc corpus, & creavit viro & fœminæ proprium corpus cuique. Vide Talm. Kethubhoth fol. 8. 1. Erubhin fol. 18. 1. Jalkut, Bereſchit rabba & communes commentatores in hæc loca. Qui ſubtiliùs corporis humani creationem examinarunt, obſervarunt id conſtare ducentis quadraginta octo membris, unde iſta Jonathanis paraphraſis: **וּבְרָא יי ית אדם בריוקניה בצלמא דיי ברא יתיה במאתו וארבעין ותמני אברין כשית מאה ושייתו וחמשה גידין וקרב ונו** Et creavit Dominus Adamum ad ſimilitudinem ſuam, ad imaginem Dei creavit eum, cum ducentis quadraginta octo membris, & ſexcentis ſexaginta quinque nervis, & obduxit eum cute, implevitque eam carne & ſanguine, maſculum & fœminam intra ea creavit eos. Kabaliſtæ, qui literarum myſteria ſectantur, ſcribunt, **אדם** eſſe, quaſi **מרר דם** Cinis, ſanguis, fel, quæ prolixioris ſunt explicationis. Habetur hoc in Talm. Sota fol. 5. 1. De ſepultura Adami vide Zohar col. 183. in Gen.

אדים *Rubrum*: **כורי ראדימי** Piſces qui ſunt vel fiunt rubri. Piſces ſunt, qui dum capiuntur, ſunt albi, capti fiunt rubri.

אדם *Rubedo*: *Semen muliebre, quod eſt rubrum.* Savim cap. 2.

מאדים *Mars planeta, à rubore ſic dictus.*

אדום *Edom, Edomæa, Edomæus populus*: **מלכות אדום** *Regnum Edom.* Eo Hebræi *Regnum Chriſtianorum, & Imperium Romanum* intelligunt. Apparet hoc ex infinitis testimoniis. Num. 24. 19. *Et perdet ſuperſtitem ex urbe*, Gloſſa R. Salomonis, **החשובה של אדום והיא רומי** præſtantiffima ſcil. *Edomæa quæ eſt Roma.* Roma autem eſt præſtantiffima urbs regni Romani. Nota, verba iſta ex Baſileenſi editione eſſe omiſſa. Threnor. 4. 22. in Targum, poſt **בְּרַתָּא דְּאֲדוּם** *Filia*

Edom, in quibusdam editionibus Venetis ſpatium relictum, cui inferunt, **רומי רשיעא** *Roma impia.* Tale exemplar penes me eſt, cui manu Judæi hæc verba ſunt infera. Hinc quicquid Prophetæ de *Edom* deſtructione in ultimis temporibus dicunt, id ipſi de *Roma* intelligunt & exponunt. Ita enim diſertè ſcribit Kimchi in Obadiam, **מה שאמרו הנביאים בחרבן אדום כאחרית** Quicquid Prophetæ dixerunt de Vaſtatione *Edom* in ultimis diebus, id de *Roma* intellexerunt. Nota hîc iterum, ultima iſta verba **על רומי אמרו**, in ultimis editionibus Venetis, & editione Baſileenſi, tamquam odioſa, omiſſa eſſe. Sic pro eo quod dicunt, **עם חרבן אדום** Cum vaſtabitur *Edom*, erit ſalus Iſraëli; alibi legitur; Quando vaſtabitur *Roma*, &c. Vide Tzeror hammor in Paraſcha Schophetim, & in Paraſcha Pinchas ſub ſinem, Kimchium Obad. 1. ab initio, Jeſa. 34. 1. & 35. 1. in prima editione Veneta. Rabbi Bechai in libro Cad hakkemach fol. 20. 1. explicans locum Jeſa. 66. v. 17. **המתקדשים והמטהרים אל הננות אחר אחר בתוך אכלי בשר החזיר והשקז והעכבר יחרו וספו נאם יהוה** *Qui ſanctificant ſe, & qui mundant ſe in hortis, poſt unam in medio, comedentes carnem porci, & abominationem, atque murem, ſimul conſumentur, dixit Dominus*; ſcribit; **אלו אדום** Iſti ſunt Edomæi, **שרגילין לנענע אצבעותיהם לכאן ולכאן** qui ſolent movere digitos ſuos hinc & hinc (id eſt, crucis ſignum facere, & eo ſe ſanctificare, ut Kimchius hoc loco habet; Hi ſunt qui ſanctificant ſe manibus ſuis ſigno crucis quod faciunt.) **אלו אדום** Iſti iterum ſunt Edomæi (R. D. Kimchi, **אלו הנוצרים** Iſti ſunt Chriſtiani: nam Iſmaëlitæ non comedunt carnem porcinam. Sic eſt in prima editione Veneta: ſed in poſterioribus & Baſileenſi hæc iterum omiſſa). *Abominationem & murem, ſimul conſumentur omnes*; Res manifeſta eſt, quòd licet diſperſi ſimus & ſubjecti poteſtati illorum, ſcil. Iſmaëliſtarum; tamen principalis captivitas noſtra ſit ſub Edom; quia ipſe deportavit nos, & vaſtavit ſanctuariū noſtrum. Et quamvis Iſraëlitæ nunc inter 70. populos diſperſi eſſent, tamen nō vocaretur hæc noſtra captivitas, niſi à regno Edom inſipio, &c. Qui vult, videat ibi plura, ubi manifeſtè ſub nomine *Edom*,

Edom, Regnum Romanum, & in genere Christiani traducuntur. De causa propter quam Regnum Romanum ita appellant, variè nugantur. R. Abraham Aben Esra Gen. 27. 40. scribit: Et Roma, quæ captivos tenet nos, est ex semine Citthæorum: Sic enim Paraphrastes Chaldæus Num. 24. 24. verba hæc וְצִים מִדְּבָתִים Et naves de litore Citthim exponit; Et turmæ emittentur à Romanis: Estque ipsum regnum Græcum (nam Regnum Græcum & regnum Romanum vult esse idem Genes. 10. ad vocem דְּבָתִים) quemadmodum exposui in libro Danielis (cap. 2. v. 39.) & fuerunt homines pauci, qui crediderunt in Virum illum, quem pro Deo coluerunt. Quum autem Roma credidisset in diebus Constantini, qui totam Legem sive Religionem innovavit, & in vexillo suo posuit imaginem crucifixi in manu sacerdotis Edomei, neque in mundo essent, qui novam illam religionem reciperent, nisi pauci quidam Edomei, idcirco vocatur Roma Regnum Edom. Alii volunt, Romanos vocari Edomæos, propter Titum Vespasianum, qui sanctuarium ipsorum desolavit. Nam scribunt, Titum Vespasianum ab Esavo ortum esse. Unde est, quod in Massech. Gittin cap. 5. legitur (quod in Bes Jacob etiam habetur fol. 31. col. 4.) רֶשַׁע בֶּן רֶשַׁע בֶּן רֶשַׁע בְּנוֹ שֶׁל עֶשָׂו הַרְשַׁע בְּרִיָּה קְלָרָה יֵשׁ לִי בְּעוֹלָמִי וְכוּ' Impius ille, filius impii, nepos Esavi (hoc est, Titus, de quo ibi fermo) &c. Quoniam itaque Vespasianus Imperator Romanus fuit, & primus Judæos Romanis subiecit, ac Roma Christianorum caput est, hinc omnes Romanos ac Christianos nunc appellant Edom & Edomæos. R. D. Kimchi Joëlis 3. v. 19. ad hæc verba, Et Edom in desertum desolationis erit, scribit: Meminit Edom hoc loco propter Regnum Romanum. Sic fecit Jesaias capite 34. quod de vastatione Romæ agit, prout illic exposuimus. Ita autem nuncupatur, quia major pars Regni Romani constat ex Edomæis. Ac licet alii etiam populi illis sint commixti, ut in regno Ismaëliarum, tamen denominantur à principali. Præterea rex Cæsar (Julius Cæsar) Edomæus fuit. Sic omnes alii reges Romani ipsum consequuti, &c. Et mox: Et Edom, id est, Regnum Romanum est illud quod vastavit Templum secundum, per Titum illum improbum. Rabbi Moses ben Nachman in Genesin, sub finem, fol. 42. col. 2. scribit: Invenimus in Chronico Josephi Gorionidis, & aliis antiquis libris, quod venerit Tzepho filius Eliphaz, filius Esavi & contenderit cum ipsis (filiis, nempe, Jacobi, patrem sepelire volentibus) propterea; (h. e. propter sepulchrum: quia existimabant potiori jure sepulchrum Esavo, tamquam pri-

mogenito, deberi, quàm Jacobo) donec bellum inter ipsos ortum fuit, in quo prævaluit manus Josephi, ita ut Tzepho, cum selectiori suo milite, cæsus, & in Aegyptum deductus fuerit, ubi in carcere detentus fuit omnibus diebus Josephi. Mortuo autem Josepho fugit ex Aegypto, & venit in Campaniam, regnavitque illic super provinciam Citthæorum in Roma. Tandem verò regnavit super Italiam, fuitque primus, qui super Romam regnavit. Ipse etiam fuit, qui Templum primum maximumque, quod Romæ est, exstruxit, &c. In secretioribus quibusdam Hebræorū libris alia ratio reperitur: Scribunt, animam Esavi in Christum migrasse, unde Christus similis Esavo, adeoque æquè improbus, ac ipse, factus fuerit, unde Christus Esau, & Christiani Esavitæ meritò appellentur. Sed hæc profundioris & prolixioris sunt disquisitionis, & in alium locum à nobis reservantur.

אָרְמִימוֹת Rubedo, rubor, rufus color.

אָרְמִימִי Uua immatura: In Bereschith rabba sect. 34. in fine: בְּרִי יוֹקֵם מִתֵּלֵךְ אֲנִי גְבֻלִין לִיָּהּ: Quando infans nascitur, subigimus ei massam ex uvis immaturis, & inungimus ei cerebrum, ne mordeant eum muscæ. Sic explicatur in Glossa. Quidam putant esse Colores rubros, veluti Minium, aut tale quid. Vide etiam in רמס.

רְמוּמָה Rubedo, rubor, per apharesm litera א.

In Gemara, מצוה להתפלל עם רמומי חמה Præceptum est orare cum rubedine solis, Schab. fol. 118. 2. solis scilicet orientis, juxta illud, Timebunt te cum sole, nempe oriente, quando sol rubere incipit, Psal. 72. 5. Et alibi, עם רמומי חמה Quicumque non orat cum rubedine solis, Berach. fol. 29. 2.

אָרְן Auris, ex Hebræo אָרְן, literis וּ permutatis, ut sepè: Ad auditum auris, Psalm. 18. 45. הֲלֵא אָרְנָה מִלֶּן תִּבְחֶן Nonne auris verba explorat, Jobi 12. 11. וְאָרְנָה Et auris sapientum, Prov. 18. 15. Cum Affixis Pronominibus, וְאֵלִיפַת אָרְנִי Et didicit auris mea, Job. 4. 12. צִלִי אָרְנֶךָ Inclina aurem tuam, Psal. 17. 6. וְאָרְנֶךָ לְמִימְרֵי דִרְעָתָה Et aurem tuam ad verba scientiæ, Prov. 23. 12. אֲצִלֶּן אָרְנֶכֶן Inclinate aurem vestram, Psal. 78. 1. Respondet Hebræo אָרְנָה, quod singulare: וְתַתּוּן בְּאָרְנֵיהּ Quæ obthurat aurem suam, Psal. 58. 5. אֲמַשְׁשֶׁת Et infiges in aurem ejus, Deuter. 15. 17. אֲמַשְׁשֶׁת Incrassata est auris ipsorum, Jerem. 6. 10. Plural. אָרְנֵין אָרְנֵין וְלֹא שָׁמְעִין Aures sunt ipsis, & nihil audiunt, Psal. 115. 6. וְאָרְנֵין לְמִשְׁמַע Et aures ad audiendum, Deut. 29. 3. וְאָרְנֵין מִקְבְּלֵי אֹרְלָן Et aures accipientium doctrinam, Jesa. 33. 3. Con-

In auribus stulti, Proverb. 23.9. *Cum Affixis Pronominibus*, שמעו ארני Audiverunt aures meæ, Psal. 92.12. קל עאנא דרין בארני Vox gregis hujus in auribus meis, 1. Sam. 15.13. באורננא Auribus nostris audivimus, Psalm. 44.2. ותצלי אדנד להכמתא Et inclinabis aurem tuam ad sapientiam, Prov. 2.2. וואורנד ישמעון פתנמא Et aures tuæ audient verbû, Jesa. 30.21. ותנווי באורניכון Et auribus tuis audi, Ezech. 40.4. Et enarrationem meam auribus vestris, Job. 13.17. תרתין אורנוהי Ambas aures suas, 1. Sam. 3.11. מתקבלא באורנוי Et aures ejus, Psal. 34.16. וואורניהון Et auribus ejus, Psal. 18.7. קרשינא די Quæ sunt in auribus ipsorum, Monilia quæ sunt in auribus ipsorum, Genes. 35.4. וואורניהון ישמעון Et auribus suis audiant, Jesa. 6.10.

Apud Talmudicos idem, & contractè, אונא. Hinc illud proverbiale de contemnendis injuriis & convitiis, אב אמר לך חד אונק דחמר לא תיחוש תרין Si dicat tibi quispiam, una auris tua est auris asini, ne cures: ambæ (aures tuæ sunt aures asini,) parato tibi frenum, Bere. rab. sect. 45. Proverbium, quo monent, patienter ferendas esse injurias & maledicta. Simile vide in אכף. In Aruch citantur in Radice עתר, sed pravè, nam legendum עתיר. In Jalk. fol. 21.4. pro פרומני legitur hoc est, מוסה velamen: כי אותבוה באונאי Quia reposuerunt illud in aures meas, Cholin fol. 105.2. *Metaphoricè Manubriû, Ansa*: אונא דויקא Ansa utris vel lagenæ, Gittin fol. 69.

אורנא Cupa. Sic adducit Aruch: sed in Gemara unde citatur, legitur אונא, de quo supra in אגן.

אידן *Salix, aut species salicis, cui lanugo adnascitur*, Talm. ולא כפתילת האידן Neq; cum ellychnio salicis, id est, materiæ lanæ salicum, Schab. cap. 2. in initio. Nasci tradunt hanc inter corticem & lignum, quæ mollitie suâ lanam refert, ac propterea ellychnio sit apta. Hac materiâ lychnos sabbathinos incendere prohibitum.

אדון Dominus.

אדנות Dominatus, Dominium, vocabulum quod dominum & dominium significat. Unde dicunt Rabbinî, כל לשון אדנות קרוי בלשון רבים אפילו יחיד Omne vocabulum dominii vel Nomen אדון effertur numero plurali, etiam de unico. Meminit R. Salomon Jesa. 19.4. Vide & eundem Gen. 35.7. Sic dicunt, Nomen tetragrammaton יהוה vocatur המפורש quia בלשון אדנות שם המפורש exponitur & profertur per nomen אדון.

אדני *Heliotropium, herba, inquit R. Salomon, cuius folia manè inclinant se versus solem, meridie erecta sunt, vesperi rursus incurvant se versus occiden-*

tem solem. Herba est, quæ vocatur מלווא Malva, scribit idem. At huic istam naturam herbarii non ascribunt. In Gemara, חוי תרנוולי בכרמא או Vidit gallinas in trabe (sedentes) etiam corvos (in arboribus) aut etiam heliotropia (versus solem inclinata,) Schab. fol. 35.2. nempe lucète adhuc die vidit gallinas jam conscendisse trabes quietis nocturnæ causâ, &c. In glossa scribitur אראני, unde apparet, in medio esse per Kametz legendum.

אוריני Tentorium, Tabernaculum: vel, juxta alios, Specula alta custodum agrorum, Legitur in Moed katon fol. 27.1. & in Bava basra fol. 144.1. ubi in glossa monetur, in quibusdam libris legi אידוני, quasi א דו Respicere, Circumspicere. Sunt etiam qui exponunt Cisternam aquarum teetam. Sed ea expositio locis adductis non quadrat.

אדני שרה Alne agri, Kilaim cap. 8. Bestia est in agris vivens sub terra, formâ & specie humanâ, voce etiam & sermone utens, sed qui non intelligitur. Sine periculo mortis nemo ad eam accedere potest. Agnoscitur autem ex herba quadam crassa & magna, cujus radix ejus umbilico implicata est. Venatores ergo istam herbam telis & sagittis tamdiu petunt, donec ab umbilico ejus divellatur, & tunc statim moritur. R. Majemon scribit Arabicè vocari אל נאנס Al nanas, quasi sit Nanus, homuncio brevissimæ staturæ, ein Zwergle. Quidam putant esse animal ידוע, unde nomen habet ידעוני Hariolus, de quo in Lege Mosis.

האידנא יאדנא Nunc, Hodie, hoc tempore, Talm. ortum est ex Chaldæo עדן Tempus, per commutationem gutturalium. ויל האידנא ותא למחר Abi nunc, & veni cras. עד האידנא Usque nunc, usque ad illud tempus.

אדונקי Magnates, Proceres, Satrapæ: אדונקי השובים interpretantur, id est, honorati, æstimati, dignitate præstantes. Talmudici eo utuntur de quinque Satrapis Philistæorum, qui Jos. 13.3. vocantur אדונקי. Dicunt enim de iisdem, אדונקי שלחן המשה Satrapæ ipsorum sunt quinque, Cholin fol. 60.2. In R. Davide Jos. 13. pro אדונקי legitur אדונקי, & sic in R. Salomone, qui textum istum Talmudicum citant. In Jalkut אדונקי.

אדק Adhære, Cohære, Inhære, conjunctum, אדק משכחון על גרמיהון compactū esse. Præ. אדק מן אדקן Adhæret cutis ipsorum ossibus ipsorum, Hebr. הד עם חבירה Thren. 4.8. Ithpabel, Partic. מתאדקן Quilibet socio suo adhæret, Hebr. ידבקו Job. 41.8. שלי בשריה מתאדקן Tori carnis ejus cohærent, Hebr. ידבקו Job. 41.14. ויתאדקון Futurum, Ne adhæreret vobis, Hebr. ידבקו Deut. 28.60.

in Jonath. *Pabel*, Futurum, **יֵאָדִיק מִיְמֵרָא רַיִן בְּכוֹן** Faciet verbum Domini, ut adhæreat vobis pe-
ftis, Deut. 28. 21. in Jon.

Apud Rabbinos. כל ימי הייתי אדוק בפסוק וברקדוק. omnibus diebus meis adhæsi, (addictus & dedi-
tus fui) Sacræ Scripturæ & Grammaticæ: Elias in Præfatione in Lexicon Tisbi. אדוק במצוות Ad-
hærens præceptis, observationi Legis & pietati
totus addictus. Talm. אחר אדוק בטופס ואחר אדוק בתורה Unus adhæret scripturæ contractus, & al-
ter adhæret inscriptioni nominum; כששניהם
כששניהם אדוקים בטופס ושניהם בתורה Quando autem duo
inhærent scripto exemplari, & duo inscriptio-
ni nominum, Bava metzia fol. 7. 2. תורה est spa-
cium, quod relinquitur in literis contractuum
pro inscriptione personarum, loci & temporis:
טופס est scripta forma literarum contractuum.
Vide in istis Radicibus. שנים אדוקין בשטר Duo
adhærent uni cōtractui, nempe creditor & de-
bitor. Creditor dicit: mea est obligatio, & ha-
ctenus insoluta: debitor dicit: mea est: solvi de-
bitum, ac restitueras mihi obligationem, sed ex-
cidit mihi, amisi eam & tu reperisti: Metzia
fol. 7. 1.

אֶדֶק *Aqualis, vas hortense irrigatoriū.* Sic scribi-
tur in Aruch, sed in Gemara, unde citatur, scri-
bitur **אֶדֶק**. Vide ergo de eo in **רִיק**.

אֶדֶק Vide in **דֶק**.

אֶדֶר *Afrire.* Sub hac forma adducitur in A-
ruch, sed vide de eo in **דֶר**.

אֶדֶר *Adar, Februarius mensis, qui Hebræis
duodecimus est, factio initio à Nisan sive Martio ex
institutione Mosis. Hic quarto quoque anno duplex,
& secūdus vocatur וְאֶדֶר: is embolismicus sive inter-
calaris. Prior vocatur Adar primus, alter Adar se-
cundus sive posterior: להרש שנים עשר הוא הרש אדר*
Usque ad mensem duodecimum, iste est mensis
Adar, Esth. 3. in Hebræo. Sic Targum, לִירְחָא תְרִי
לִירְחָא תְרִי. In secundo Targum pro eo le-
gitur, כִּד מְטָא לְסוֹף תְּרִיסַר יְרַחֵי שְׁתָּא דְאִיהוּ יְרַחֵי דְאֶדֶר
Quum pervenisset ad finem mensis duodeci-
mi in anno, qui est mensis Adar primi. Et cap. 9.
31. בְּאֶדֶר בְּתִרְחָא בְּזִמְנֵי עֲבוּרָא (Ad confirmandum
dies sortium istos) in Adar secundo sive poste-
riore, tempore embolismi.

אֶדֶר *Area, Horreum.* Respondet Hebræo בְּרִן:
ut, Ventilat aream hordeo-
rum, Ruth. 3. 2. *Emph.* כְּמָא דְמִפְרָשִׁין מִן אֶדְרָא Sicut
separant ab area, Num. 15. 20. אֶדְרָא Ad
tritrandum horreum, Jesa. 21. 10. דְּמִיָּא לְאֶדְרָא
Similis est areæ, Jerem. 51. 33. מֵאֶדְרָא וּמִמְעַצְרָתָא
De area & de prælo, Hof. 9. 2. *Cum Affix.* וְאֶדְרָא
מֵאֶדְרָא Et horreum tuū colligat, Job 39. 15. מֵאֶדְרָא
Ex horreo tuo, Deut. 16. 13. וּמֵאֶדְרָא De gre-

gibus tuis & de horreo tuo, Deuter. 15. 14. *Plur.*
עַד בֵּית יֵת אֶדְרָא Spoliant horrea, 1. Sam. 23. 1. אֶדְרָא
Usque ad locum horrei Atad, Gen. 50.
10. 11. מִן אֶדְרֵי קִישׁ Ex areis æstatis, Dan. 2. 35.

אֶדְרָא *Velum navis.* Sic Babylonicè dictum
fuit, quod in Mischna vocatur נֶם. Id Hebraicè
Vexillum significat, unde ad vexillum navis
translatum, quod vocatur *Velum, Carbasus.* Scri-
bitur in Gemara אֶדְרָא, unde media vocalis
apparet A, Bava bath. cap. 5. in principio.

אֶדְרָא *Cedri vel alterius cujusdam præstantissi-
mæ Arboris species, Rosch haschana fol. 23. 1. Sic
etiam citat Aruch ex Sanhed. fol. 108. 2. ubi nunc
pro eo legitur אֶדְרָא. In Gittin fol. 69. 2. טַרְף אֶדְרָא
folia hujus arboris dicuntur cōtra febrem con-
ducere. Alibi, הַרְצוּרָה שִׁיתְקִימוּ נֶכְסֵי יֵטַע בְּהֵן אֶדְרָא,
Qui cupit ut stabiliantur & firma sint bona sua, plan-
tet in eis arborem Adra, juxta illud יֵטַע בְּמָרוֹם
Fortis est in excelsis Dominus, Psalm. 93. 4. Betza
fol. 15. 2. Hinc videtur dicta esse hæc arbor, qua-
si אֶדְרִי Magnifica, Robusta. In Aruch parvo hoc
ita enarratur; *Faciat ex eis eleemosynam.* & Adra
est species arboris infrugifere & magnæ, ramo-
sæ & frondosæ, ex qua si sæpes agro circum-
ducatur nulla bestia in eum potest ingredi, &
cōservatur perpetuò. Schindlerus ponit, אֶדְרָא
Cedri species, Arbor ferens lanam.*

אֶדְרָא *Spina, Os piscis, עֵצִים שֶׁל דָּג*, Schab. fol.
67. 1. lin. ult. Cui spina piscis in palato hæret, di-
cat, נִנְעָצָת כְּמֹחַט נִנְעָלָת כְּתָרִים שִׁישָׁא שִׁישָׁא.
Remedium magicum & superstitiosum. Baal Aruch
legit cum duplici Daleth, אֶדְרָא.

אֶדְרָא *Lana, Pluma, Muscus, molle quod vis,
quo pulvinaria replentur, aut aliquid obturatur:*
אֶדְרָא בְּפִי לָגֵנָא Lana in orificio lagenæ,
Schab. fol. 40. 1. אֶדְרָא מִבֵּי סְרִיָּא Pluma ex cer-
vicali, Berach. fol. 56. 1. Aruch & hæc adducit
per geminum Daleth.

אֶדְרָא Adducitur hîc in Aruch sub אֶדֶר pro
Morticino. Vide de eo in עֶדֶר.

אֶדְרָא Adducit Aruch & hoc in אֶדֶר pro
Pellibus, sive Saccis pelliceis, sed in Gemara scri-
bitur אֶדְרָא, quod significat *Præsepia,* de quo
infra in אֶרָה, ubi vide.

אֶדְרָא *Lethech, mensura aridorum dimidii co-
ri seu quindecim searum,* Talm. Eruvin fol. 102. 1.
Bava metzia fol. 80. 2. Munsterus in אֶדְרָא ex-
ponit *Dimidium Lethech,* contra Glossatorem
Talmudicum.

אֶדְרָא *Contra, è contrario, Talm. R. Jo-
seph dixit: Quàm insignis est vir hic, cui factum
est tale miraculum. R. Abhai dixit: אֶדְרָא כְּמָרָה
E' contrario, quàm vilis est vir hic, propter
quem opus naturæ mutatū est: Schab. fol. 53. 2.*

אֲדָרְוֹנָה *Senatores, proceres regni*, Dan. 3. 2. Nomen Persicum. R. Sal. putat esse nomen nationis vel gentis alicujus. Ab. Esra scribit, se ejus & sequentium interpretationem nescire. R. Saadias existimat esse *Magnates, proceres*, quasi cum Magnificentia & autoritate decernentes & statuta ponentes.

אֲדָרְוֹנָה *Diligenter, Festinanter*, יתעבד אֲדָרְוֹנָה *Fiat festinanter*, Esth. 7. 3.

אֲדָרְוֹנָה *Summitas, Cacumen*. In Medrasch Tanchuma, sect. מתוך שאני Exod. 38. ואלה פקודי אֲדָרְוֹנָה *Dum ego diruobasin, cacumen concidit. Aut est Effigies, Statua viri*. In Aruch adducitur אֲדָרְוֹנָה ex Beres. rab. sect. 8. sed ibi hodiè legitur אֲדָרְוֹנָה *Effigies*. De eo in ordine אנר.

אֲדָרְוֹנָה *Architectus*, Talm. idem quod **אֲדָרְוֹנָה** *de quo in ordine אור*. In Jalkut fol. 4. col. 3. משל למלך שבנה פלמין על ידי **אֲדָרְוֹנָה** *Simile est regi, qui ædificat palatium per manus architecti. Explicatio, חכם הרשים Sapiens artificum.*

אֲדָרְוֹנָה *Vide in דרך*.

אֲדָרְוֹנָה *Uoli nomen* 2. Reg. 17. 31. R. David, & sic Talmudici scribunt, esse idem quod **אֲדָרְוֹנָה** *Mulum*, portantem onera regis, à **אֲדָרְוֹנָה** *Portare*, unde **אֲדָרְוֹנָה** *Portates onus, bajuli*. Vide R. Davidem citato loco. *Apud Talmudicos de Adrammelech & Anammelech, de quibus in libro Regum, ומאי Quidnam sunt ista? mulus & equus (i.e. Adrammelech est cognomentum muli: Anammelech cognomentum equi) אֲדָרְוֹנָה דארר Adrammelech sic dicitur, quia portat domini sui onera, Sanhed. fol. 63. 2.*

אֲדָרְוֹנָה *Nomen proprium loci*: In Vajikra rabba sect. 35. משל למקום אֲדָרְוֹנָה שהוא פשוט בניסור. *Simile hoc est loco Adrimon, qui perturbatus est ab exercitibus, turmis. Puto esse corruptum ex Græco ἄρημος, ἄρημος Desertum, Locus non inhabitatus, ut sensus sit; Loco qui plenus est latronibus. Sic in glossa dicitur significari מקום שמם ומצויים Hinc melior est lectio Aruch, שם לסטים, sine Daleth.*

אֲדָרְוֹנָה *Cubiculum, conclave, cœnaculum*: מן אֲדָרְוֹנָה *De conclavi superiori venit tempestas, Hebraicè אֲדָרְוֹנָה Job. 37. 9. מן אֲדָרְוֹנָה בית אֲדָרְוֹנָה בית In conclave domus regis, Esth. 2. 16. בית אֲדָרְוֹנָה In conclavi scholæ Mosis præceptoris ipsorum, Cant. 3. 4. בית אֲדָרְוֹנָה In conclavi cubiculi, Jud. 16. 9. 12. ועל לאֲדָרְוֹנָה בית אֲדָרְוֹנָה Et ingressus est in conclave cubiculi, Genes. 43. 29. 2. Sam. 12. 10. לאֲדָרְוֹנָה בית אֲדָרְוֹנָה In conclave regis, 1. Reg. 16. 18. אֲדָרְוֹנָה בית אֲדָרְוֹנָה Et conclavi cubiculi, Joël. 2. 16. *Plurale, אֲדָרְוֹנָה פוליא**

אֲדָרְוֹנָה *clavia domini planetarum*, Job. 9. 9. *Apud Rabbinos, אֲדָרְוֹנָה דאית ליה אֲדָרְוֹנָה באבי Conclave cui sunt quatuor januæ. על לאֲדָרְוֹנָה Ingressus est conclave. Dicitur & אֲדָרְוֹנָה.*

אֲדָרְוֹנָה *Hydropicus, Rab. אם המים רבים על אם הדם נעשה אֲדָרְוֹנָה Si aqua copiosior sit sanguine, fit hydropicus.*

אֲדָרְוֹנָה *Honor, Gloria*, ab Hebræo **אֲדָרְוֹנָה** *Talm.*

אֲדָרְוֹנָה *Amavit, Hebr. Rabbini usurpant etiam in Hiphil, אֲדָרְוֹנָה Amare facere, Amabilem reddere. Ad amabiles, charos reddendos eos & legem ipsorum.*

אֲדָרְוֹנָה *Smegma, Sapo: וְדַפְאִית בְּאֵהָלָא יְדֵי Et mundavi smegmate manus meas, Heb. ולא כנתר ולא באהל, אֲדָרְוֹנָה Job. 9. 9. Apud Talmudicos, Neque nitro, neque sapone. Scribitur & אֲדָרְוֹנָה in Aruch: at in Gemara sine ו. Unde בורית טאי בורית אֲדָרְוֹנָה Quid est בורית? idem quod אֲדָרְוֹנָה. At alibi traditur, בורית ואֲדָרְוֹנָה, ergo diversa sunt, תרי אֲדָרְוֹנָה דוג species smegmatis, Schab. fol. 90. 1. Item Saponaria, herba, Schab. fol. 50. 2.*

אֲדָרְוֹנָה *Saponarii, vendentes saponem, aloën, myrrham, & similia, Nedarim in fine.*

אֲדָרְוֹנָה *Tabernaculum. אֲדָרְוֹנָה אֲדָרְוֹנָה Tentorium disjectum, id est, מטולטל Vagum, pendulum inter terram & aërem, Chagiga fol. 25. 1.*

אֲדָרְוֹנָה *Tabernaculum fecit, pro tabernaculo habuit vel instituit aut posuit: tabernaculum fixit sive expandit, vide in Oholoth cap. 15. in fine.*

אֲדָרְוֹנָה *Is, Ille, Hierosolymitanè: אֲדָרְוֹנָה הות Ille qui vendidit agrum, dicebat, Agrum vendidi, thesaurum non vendidi, אֲדָרְוֹנָה רזבין Ille qui emit, dicebat, &c. Talm. Hieros. Metzia cap. 2. & alibi. Aliquando etiam אֲדָרְוֹנָה: ut, אֲדָרְוֹנָה Et ille qui accipit literas, Talm. Hieros. Schabbas cap. 12. fol. 13. col. 4.*

אֲדָרְוֹנָה *Dactylus immaturus, grossulus dactylorum: מן דאביל אֲדָרְוֹנָה מרירא אליבא ריקנא Qui comedit grossulum dactyli acerbum stomacho vacuo sive jejuno, Metzia fol. 113. 2. Ejus scil. nulla est medicina, ut ibi proponitur: אֲדָרְוֹנָה אֲדָרְוֹנָה Dactylus immaturus rufus, Cholin fol. 46. 2. אֲדָרְוֹנָה אֲדָרְוֹנָה Dactyli Tufjanæ, qui Tubhianæ crescunt. Locus fuit, ubi palmarum fructus vix ad maturitatem perveniebant: אֲדָרְוֹנָה אֲדָרְוֹנָה Ramus dactylorum immaturorum, Sanhed. fol. 26. 2.*

אֲדָרְוֹנָה *Nasse vimineæ ad capiendos pisces: אֲדָרְוֹנָה אֲדָרְוֹנָה Ad conficiendum nassas, Moéd caton fol. 11. 1. אֲדָרְוֹנָה אֲדָרְוֹנָה De retibus avium & nassis piscium nemo dissentit, Gittin fol. 60. 2. Malè in Munstero scriptum singulariter*

riter אהרי. Litera autem ו ab initio indicat Cholem vel Schurek.

אהורירא *Præfectus stabili equorū, Stallmeister/Præfectus stabuli ipsius Raf ditior fuit quàm Schavur rex Persiæ, Schab. fol. 113. 2. Metzia fol. 55. 1. Glossa ממונה על הסוסים* Præfectus equorum.

אוב *Python, genius ex ventre ceu utre loquens, Lev. 19. & 20. & alibi. Vide Aruch in princ. in אוב. Plur. אובות Pythones: Utres, Testæ, Laguna. Vide Ab. Efram Job. 32. 19. Majem. in Hilch. עבום cap. 6. Selden. de Diis Syris p. 39.*

אובא טמא Vide in טמא.

אונ *Arbusti cujusdam ruber fructus, qui editur, & ad aptanda ac tingenda coria Cordubana adhibetur: Arabicè אלסומאק: vulgò, scribit quidam, קורנילי, Talm. Peah. cap. 1. & cap. 3. Demai cap. 1. Maaseroth cap. 1.*

אונניוס *Generosus, clarâ profapiâ & familiâ natus. Græcum est ἀνεγιος, unde pro ultimo ו rectius scriberetur י. Scribitur & אבניוס, quia ב raphatum & ו valde affinem habent pronunciationem. In Medraschim ejus usus est, unde & Aruch citat אוננסטו ἀνεγιος, id est, מיוחס הרבה profapiatus valde. Vide Vajik. rabba sect. 2. Medr. Rut. cap. 1. 2. Medr. Schem. sect. 1. ubi scribitur אוננסטאטי.*

אור *Torris, Titio: אור משיב מיקרא Titio ereptus ex igne, Zach. 3. 2. והיותו כאור Eritisque sicut titio ereptus ex igne, Amos 4. 11. אוריא Titio contemptus, Job. 12. 5. Plur. אוריא כמנניא sicut titiones fumigantes, Jesa. 7. 4. Apud Talmudicos per metonymiam est, Rutabulum, ein Ofenfruct/ lignum quo ligna in fornace promovent, & prunas eximunt: Betza fol. 33. 1.*

אורא *Desiderare, Concupiscere, Hebr.*

אורה *Desiderium, concupiscentia: לשון תאוה. Locutio, sermo desiderii, id est, Modus optativus, Grammaticis. מאמר המתאוה Oratio optativa.*

און *Anser. Plur. און Anseres, Esth. 3. 8. in secundo Targum. און הכר. Apud Talm. Anser sylvestris.*

אוןא *Anas, Talm. מוי לי בר אוןא ושדי מערה. אוןא לי שונרא Affa mihi anatem, & projice intestina ejus feli, Betza fol. 33. 1. Est etiam plurale terminationis fœm. אוןא. Elias frustra plurale vult dici אוןא. Nam א, sive emphaticum sive fœmininum, pluraliter abjicitur: ועיניה: שפיל ואויל בר אוןא ועיניה: Humilis est & circumcirca deambulat anas, oculisque suis hinc inde speculatur, scil. ad querendum cibum, Bava kama fol. 92. 2. Proverbiale est, quo monuerunt, neminem propter tenuitatem suam debere erubescere necessaria vitæ sedulo quærere.*

אוניא *Quarta pars animalis mactati, appellatione Pumbeditanâ Babylonie, ut est in Beza fol. 29. 1. Soriani vocabât eam טרמא Tertiam, alii, הלגא Dimidiam: alii רבעא Quartam. In quibusdam etiam locis dividi solitum in sex partes. Aruch in אונא putat אוניא esse Quintam partem.*

אורא *Dracones: אליא Martes, Marder. R. Sal. scribit se nescire quale animal sit. Aben Esra vult esse animal, de quo quilibet videns obstupescit, Heb. אוריא Jesa. 21. 13.*

אורי *Vae: ורי לרשע ואוי לשכנו: Vae improbo & vae vicino ejus, in fine Succa. Vide Rabbag Prov. 29. 6. Efferunt id etiâ Chaldaicè ורי לשכניה ווי לחייבא ווי. Aliquid mali propter vicinum malum.*

אורא *Initium, Principium. Est usitatum quoque in Lingua Arabica & Persica. In principio creavit Deus cœlum & terram, Hebr. בראשית Gen. 1. 1. in Jonathane. Quæ in principio fructum fert, id est, antequam aliæ arbores incipiant fructum producere, Hebr. בראשיתה, Hof. 9. 10. באור צמחה. In principio germinationis fœni ferotini, Hebr. הלא אתחוא מן אוריא, Amos 7. 1. ברחל עלות הלגא. Nonne annunciatus est à principio, Hebr. מראש, Jesa. 40. 21. מן הוי מן אוריא. Quis annunciavit à principio, Jesa. 41. 26. ורמן אוריא. Et quæ fuerunt à principio, Heb. וקרמונות, Jesa. 43. 18. מחיי מן אוריא. Annuncians à principio ad finem, Hebr. מראשית, Jesa. 46. 10. מן אוריא. Inde à principio, Hebr. מראשון, Jerem. 17. 12.*

אוריא *Idem. Videtur potius sub forma precedentis esse legendum, ut alterum corruptum sit ex ו: nam scribi solet אוריא ad indicandum ו consonam mobilem: כר מן אוריא. Sicut à principio, Hebr. Revertimini ad principium, id est, pristinum statum vestrum, Hebr. יתובן לאוריא. Ezech. 16. 55. לקדמתן. Revertentur ad principium suum, Hebraicè לקדמתן Ezech. 16. 55.*

אוריא *Totum. Græcū est: אוריא כרוסון. Totum aureum. In Medraschim talia usurpant.*

אוריא *Nomen proprium loci in Targ. Hieros. Num. 34. 8.*

אוריא *Holofericum: וזה לוקח אוריא אוריא. Et iste accipit holofericum, Jalkut Prov. 4. 2.*

אום *Radix, Fundum, Inum rei: Talm. או שהלכה. או אם היה נוגע. Aut si dilataverit se fundum plagæ, Negaim cap. 1. והלך מן האום. Et dilataverit se à radice sive fundo, Negaim cap. 4. נוגע. אם היה נוגע. Si tetigerit fundum, Taharos cap. 9. Aruch hæc legit per ס Samech in fine. Vide ibi.*

אומי Vide in ימא.

אוןא *Pellis, Membrana: כשנדבקה אונא. Cum adhæret membrana membranae, Elias*

na, Elias in Rad. סרך in Tisbi: הוּו סריכי אוני בדופן
Adharebant membranæ (pulmonis) lateri:
חמשה אונות יש לריאה. Duæ membranæ תרתי אוני
Quinque membranulæ sunt pulmoni. סמוכות
Cohærentes membranulæ invicem.
אונא *Nomen proprium loci*: Talm. Kiddusch.
fol. 116.

אונא Contractè pro אונא vide supra in ארן.

אונא *Emptio, Literæ cōtractus emptionis aut ven-*
ditionis. Juxta Aruch est Græcum ἔμψιο Emptio. Qui-
dam Hebræorum volunt esse ex significatione ראשית
אונא Principium roboris mei, Gen. 49.3. ut literæ istæ
sint Robor & firmitas contractus. Sic R. Sal. ad illud,
לי Hof. 12.8. i.e. שטר juxta istam lo-
cutionem, מושל למלך שקנה לו שני עבדים שניהם באוני
אונא Emptione unâ & pretio uno. הוציא זה את אונו
Produxit iste literas emptionis suæ. In Beres. rab. sect. 2.
ab initio: באוני וכתב באוני אחת
Simile est regi, qui comparavit
sibi duos servos, ambosque scripto uno, & pre-
tio uno. שטר מכירה אונא est
Contractus venditionis Alibi: והיו אונות ושטרות יוצאין על שמו
Literæ emptionis & literæ mutui prodibant sub
nomine ejus, Bava bafra fol. 52.1. גלויה
אונות id est, שטרי מכירות. In Tanchuma, in sect. ארה
Deuter. 11. באוני וכתב באוני וכתב באוני
Simile est regi, qui accepit servû per emptionem,
& scribit in emptionis contractu, &c.

אונא *Emptio, Literæ contractus em-*
ptionis sive venditionis: ואיל למצרים ואיתי אונתא
אונתא Ivitque (Naphtali) in Ægyptum,
& attulit inde contractum emptionis agri du-
plicis spelunçæ, Gen. 49.21. in Jonath. Targum
Hierof. habet: Ipse descendit in Ægyptû tem-
pore celerrimo, ואיתי אונתא דחקל כפילא
Et attulit contractum emptionis agri duplicis ex pala-
tio sive cancellaria Josephi. Et cap. 50.13. in Jo-
nathane: Portarunt eum filii ejus in terram Can-
naan. Ea res cum Esavo improbo innotuif-
set, profectus de monte Gabhla, cum legionibus
multis, venit Hebronem, & non permisit Jose-
pho sepelire patrem suum in spelunca duplici.
Tunc è vestigio Naphtali, cursu celeri abiit in
Ægyptum, ואיתי אונתא & attulit Literas em-
ptionis, quas scripserat Esau Jacobo fratri suo
pro dimidia parte spelunçæ istius. Tunc Chu-
ſchi filius Dan, repente arrepto gladio abscidit
caput Esavi improbi, quod ab isto ic̄tu devolu-
tum est in speluncam istam, & quievit in gre-
mio Isaaci patris sui, corpus autem ejus filii Esau
sepelierunt in spelunca ista duplici, & corpus
Jacobi, filii ejus in eadem spelunca, &c. Fabula.
הוּו משלחין אונתא לרב ביתה
Miserunt literas em-

ptionis ad præfectum aulae. At שורא דאונתא,
quod habet R. David Amos 7.7. aliud est, de
quo vide in ינה. Addit hîc Munsterus מאונן
Contractum faciens. Probatione id eget, quæ quæ-
renda adhuc.

ינה in אונא.

מלון *Hospitium nocturnum, id est, מלון*
אונא אונא Qui divertit de
ut exponunt, in quod divertitur, itinere diei con-
fecto, Talm. אונא לאונא אונא
Qui divertit de hospitio uno in aliud, pernoctandi scil. causâ,
Taanis fol. 11.1. Metzia fol. 79.2. At אונא דמיא vi-
de supra in אונן. Targum, ועבר תלת אונן
Et transit tria hospitia, Jesa. 10.32.

אין נותנין אונן של פשתן לתוך התנור: *Fasciculi*
Non ponunt fasciculos lini in fornacem, Schab.
fol. 17.2. in Misna. Fiebat hoc albificandi causâ,
unde alibi: פשתן משיתלכנו
Fasciculi lini ex quo, donec albicent, ibid. fol. 27.2. Intelli-
gitur linum excussum & pectinatum, אונן:
אונן Fasciculi filorum, Strangen Faden oder
Garn.

אונגליון *Euangelium, doctrina Christi libris Novi*
Testamenti comprehensa, sive תורה חדשה Lex no-
va Christianorum sic vocatur, & idem valet
quod בשורה טובה Nuncium bonum, scribit Elias in
Tisbi in voce גליון. Addit autem, Rabbini nostri
converterunt eam vocem in און גליון, (divisâ scil.
voce, q. d. Iniquitatis revelatio) Aruch autem
pro lubitu interpretatur. Hæc Elias. Quod
significet Nuncium bonum, id Elias à Christianis
didicerat: interea affert etiam suorum Rabbi-
norum scriptionem, cujus quidem interpreta-
tionem non affert, sed facile ea patet ex antiquis
libris, & ipso Aruch Venetæ vel Constantino-
politanae editionis. Scribunt autem vel און גליון
און גליון q. d. Vanitatis vel Iniquitatis Christi
revelatio. Scriptio patet ex Talmud Veneto,
in quo legitur in libro Schabbath fol. 116.1. ספרי
Libri hæreticorum: Rabbi Meir eos vo-
cat און גליון, propterea quod Christiani vocant
eos אונגליון. R. Jochanan autem eos vocavit עון-
גליון. Hæc ex Talmud Basileensi omissa sunt.
Explicatio legitur in parvo Aruch Cracoviæ
impresso, און נכתב על הגליון Vanitas sive Iniqui-
tas scripta in libro. idem est quod הנייר char-
ta, addit idem. In manu scripto quodam Aruch
legi, שקר נכתב על גליון Mendacium scriptum in
libro. Idem notavit Sebastianus Munsterus in
Notis ad Matthæum Hebraicum ad cap. 1.

מע אומות איוונטיות *Populorum nomen:*
Ex septuaginta populis איוונטיות, qui sunt in mun-
do, &c. Jalkut fol. 103.1. Puto legendû איותנטיאות
Ex 70. populis principalibus in mundo. Vide
אות.

אונקרא *Negotiator, Procurator regius negotiorum.* Aruch vult esse vocabulum Persicum: Istis negotiatoribus, Succa fol. 30. 1. *Glossa* תגרי כל דבר *Negotiatores omnium rerum* ut aliquid lucrentur. Aruch scribit esse עושה מלאכת הנשיא *Procuratorem principis.*

אוס *Nares, Talm.* ורא אוסיה דרגא לפחדא *Manus ad nares posita, gradus est ad pavorem, Berach. fol. 112. 1.* *Alibi* באוסייה *In naribus vel nares ejus: אוסי דגוריתא In naribus leænæ, Schab. fol. 67. 1.*

אוסיה *Ager:* Quod tu cupis vendere agros vel agrum tuum, *Talm. Hieros. in Taanis fol. 69. col. 1.* וזכין לן הדא *אזיל זכין לן להווא: Ito, emito nobis istum agrum: אוסייה Emisti nobis istum agrum, Vajik. rab. sect. 34. Glos. שרה. In Aruch adducitur hoc ex forma plurali. Videtur pertinere ad sequentem vocem, quæ Substantiam significat, veluti agros & alia immobilia bona.*

אוסיה *Essentia, Substantia:* וכל אוסיה שלי *Et omnis substantia mea est in ea, scil. navi, Tanchuma sect. Bereschis: משל למלך שנתן: Simile est regi, qui dederat substantiam amico suo, id est, amplas facultates, uti moris est regum & principum, Beres. rab. sect. 49. Vocatur Dominus substantiæ, Eccl. 4. 2. in Medrasch. Pro eo legitur in Vajik. rab. sect. 3. מתקרי אוסיהן. In Medraschim sæpè occurrit. Huc fortè referri possint ista, quæ supra adducta sunt in אוס. Nam Aruch ista omnia legit per ס Samech in fine, ut אוסיה sit pro אוסיה Substantia, & sic interpretes exponunt illud per עיקר Principale, substantiale. Aruch inquit, אוסיה id est, עיקר המכה ושרשה.*

אוף *Etiam. Hierosolymitanè sic sæpissimè dicitur pro Hebr. אף* *Etiam אוף לפתגמא דרין: גם אף* *Etiam אוף בליליא דין. Gen. 19. 21. גם אף* *Etiam אוף בחובי אבהתכון. Gen. 19. 34. גם אף* *Etiam quæ propter iniquitates patrum vestrorum, Hebr. אף Levit. 26. 39. Sic אף על כל דא* *Et etiam proter omnia hæc, Lev. 26. 44. In eadem sententia repetitum, est Tam, quàm: Cum, tum: Tam filii Adami אוף בני אדם קרמא אוף בני דעקוב* *primi, quàm filii Jacobi, Psal. 49. 3. Triplicatum: Et nos, & tu, & parvuli nostri, Gen. 43. 7.*

אוף *Ratio, via, modus:* און יכולין לעמוד על אופו *Nos non possumus nisi super ratione Davidis: nunc enim appellat se regem, nunc pauperem, &c. id est, אופו id est, עיקרו fundamentum ejus: Quæ est און אומה כאומה זו שידעת אופי של אלוה: gens sicut gens ista, quæ novit rationes Dei? רבון דעלמא אי: consuetudinem: מנהג אופי id est,*

אופיה *Domine mundi, sive exaudias sive non, dico omnes rationes Dei esse æquales. Aruch adducit ex Sanhed. cap. 11. ex Pefikta, & Medrasch Echa. In Medraschim ejus usus est.*

אופיה *Segmenta ligni, ligna fissa, baculi:* שרי אופיה *Projecit baculos, & deciderunt dactyli. Glossa מקלור, Gittin fol. 61. 1.* הורה דרי *Portabat fasciculum lignorum fissorum, vel ramorum, Glossa משאוי של עזים Onus vel sarcinam lignorum, Metzia fol. 30. 2.* פגע *Incidit in hortulanum ejus, qui portabat sarcinam lignorum, Cholin fol. 105. 1.*

אופיה *Segmentum, Frustrum, Affula ligni:* *Talm. ריאה דרמיה לאופתא. Pulmo similis segmento ligni, id est, qui fissus est quasi in segmenta ligni, Chol. fol. 47. 2.*

אוק *Revirescere, Talm. דהדר דהדר אוקן. Non est necesse, quia rursus virescunt, Taanis fol. 19. 1. Gittin fol. 60. 1. Glos. בקנה. עלו בקנה. Ascendunt rursus in calamum, restaurantur. Est tertia pluralis Præteriti, unde malè quidam faciunt ejus thema אקן. Nam litera ו in fine est paragogica.*

אוקיה *Uncia: aliàs rectiùs scribitur אוקיה.*

אוקיה *Viror, Revirescentia, vigor, robor viroris, quomoao scil. planta ex aestu solis aut siccitate languida, per pluviam recipit robor & virorem suum. In explicatione hujus vocis in Aruch, אוקיה Robur & vigorem significat, non Possessionem, ut quidam putavit: Taan fol. 19. 1.*

אור *Lucere, Illucere, lucidum esse vel fieri, illuminari, Hebr. In Targum transferri solet per Verbum נהר. Unum tamen hinc legitur, modò lectio genuina sit. Futurum, נהרן. Oculi tui in æquitatem lucidi sint, id est, respiciant quæ recta sunt, quæ directè antè oculos sunt, non in obliquum & devia, Prov. 4. 25. litera נ ab initio formativa est tertiæ personæ, more Syro, ut sæpè in hoc libro, & sic mox in altero versu membro. Regia reddunt, Videant.*

אוריה *Olera, Herbe, 2. Reg. 4. 39. Hebr. Sic & apud Rabbinos. Vide R. Davidem ad antecedentem locum, & Talm. Joma fol. 18. 2.*

אוריה *Vide suo loco in ירה.*

אוריה *Lux, Lumen:* לאורתא יקום קטולא *Ad lucem (matutinam) surgit latro, Job. 24. 4. Elias observavit pro Hebræo אור vel אורה in Targum aliàs semper dici נהורא. Apud Rabbinos, לכאורה Ad lucem quasi, id est, clarissimè, manifestissimè, palàm, Kiddusch. 54. 1. Apud Talmudicos אורתא Lumen, pro lumine stellarum sive stellis, hoc est, Vespera: אורתא הוה קאי מאורתא: הוה קאי*

David autem, num media nocte surrexit? A' vespera surrexit. ומכאן רהאי נשף אורתא הוא Unde autem est, quod vocabulum נשף crepusculum, hîc vesperam significat? inde ubi scriptum est: In crepusculo, vesperâ diei, Prov. 7.9. Berach. fol.3.2. Et paulò pòst: ונשף אורתא הוא נשף Vox Nescheph significatne vesperam? immò nescheph Manè est, sicut scriptum est: Et David percussit eos à crepusculo usque ad vesperam, 1. Sam. 30. 17. לבר מאורתא Exceptâ vesperâ, id est, cœnâ vespertinâ sabbathi, Talm. Glossa R. Salomonis, מאורתא id est, משחשיכה ex quo tenebræ fiunt, & occubuit fol. Alibi הכוכבים הוא צאת מאורתא, id est, Urta est ortus stellarum.

אורים • אורים • אורים • Urim. Urim & Tummim signa erant sacra in pectorali ornamento Aharonis, ex quibus oracula divina cognoscebantur. Forma eorum, cum usus ipsorum esse desiit, simul ex notitia elapsa est. Urim à luce habuerunt nomen, quod ad quæsitâ indicanda, extraordinariam lucem acciperent, & quasi miraculosè fulgerent. Judicantur enim fuisse lapides pretiosi. Urim & Tummim, Exo. 28. 30. בדין אורים Per judicium Urim, Numer. 27. 21. תומימ וורים Tummim & Urim, Deuter. 33. 8. אף הוה שאל באורים Etia per Urim, 1. Sam. 28. 6. ותימימ Fuit consulens Urim & Tummim, Numer. 3. 32. Apud Talmudicos, משמתו נביאים A' quo mortui fuerunt Prophete priores, cessarunt Urim & Tummim, Sota fol. 48. ג. in Mischna: vide ibi Gemaram, & R. Sal.

Lumen, Luminare: Item Fenestra, Foramen per quod lux illabitur in locum aliquem: העושרה: פוקקין Quia facit fenestram, Oholoth cap. 13. ארת המאור Obstruunt fenestram in Sabbatho, Schab. cap. ult.

In aërem expansi cœlorum, Genes. 1. 20. דפרח באויר Quæ volat in aëre expansi cœlorum, Deut. 4. 17. דבאויר שמיא Quæ sunt in aëre cœlorum, Gen. 1. 26. Jôn. Emphat. דמדיקן באוירא Qui inspiciunt vel considerant aërem, Psal. 19. 2. איך Sicut nubes in cœlo expansa est, Esth. 3. 3. in sec. Targum. Apud Rabbinos, אורתא Aër terra Israël sapientem reddidit hominem, Ba. bas. fol. 158. 2.

Vacuum, Spacium, locus in quo nil nisi aër est: אורתא Spacium inter lineam unâ & alteram. Linea absq; spacio. שני שמימ וארבעה אורתא Duæ lineæ & quatuor spacia, Bava basra fol. 163. ג. אורתא Vacuum interius vasis fictilis, pollutum

est: superficies ejus exterior, munda, Cholin fol. 24. 2.

Aëreum, aëre plenum, ut lignum, quod propterea in superficie aque natat.

Ordo, series, strues lapidum ordinata: אורתא Strues laterum, nempe lateres vel lapides absq; cæmento ordine conjuncti & dispositi, ut maceriam constituent, ut circa hortos, agros aut vineas rusticorum fieri solet, Talm. Eruvin fol. 34. 2. Est id quod Aruch in principio libri ponit אורתא.

Aër Domini, divinus, id est, vehemensissimus.

Piger, Desidiosus, Talm. אורי אורי Hic est piger iste, qui etiam in vado (mortis) mutuum accipit. Proverbiale dicitur, quo plangebant hominem mortuum, qui cum vivens pigerrimus & bonæ frugi nõ fuisset, moriens ne linteum quidem reliquit, cui mortui involvi solent, ut etiam mortuus id mutuo accipere cogeretur. Locus in Aruch citatus, falsus est. In Moed katon autem fol. 28. 2. legitur: אורי אורי ונפיל אמעכרא ויופתא זיף quod hoc loco etiam adducitur in Aruch.

Vide infra in ארה. Item Occidens, plaga occidentalis mundi, sic dicta ab ortu & Luce stellarum pro illustranda nocte. Alius vult esse orientem à Luce matutina. Alius dixit אורי אורי אורי אורי Aër Dei sive cœlestis, scribit R. Salomon in Bava basra fol. 25. ג.

Uriel, angeli nomen. Unus est quatuor angelorum, qui circumstant solium majestatis divinæ, ad ministeria ejus semper parati. Sunt autem hi: מיכאל מיכאל Michael stat ad dexteram ejus ad vexillum tribus Ruben, versus meridiem. Quare vocatur nomen ejus Michael? quando trāsivit populus Israëliticus mare rubrum, Moses aperuit os suum, & dixit: מי כמוכה כאלים Non est sicut Deus Jeschurun, Deut. 33. 26. (Ecce dicitur מי & dicitur כאל, unde מיכאל). Uriel stat ad sinistram ejus, ad vexillum tribus Dan, versus septentrionem. Quare vocatur nomen ejus אורי אורי? propter Legem, Prophetas & Hagiographa. Unde contigit Israëlitis, ut ad eos dictum sit: קומי אורי Surge, luce, quia venit lux tua, Jesa. 60. 1. Et David dixit: ויאיר לנו Benedictus sit Deus Dominus, qui lucē præbuit nobis, Psal. 118. 27. Ecce hinc est nomē אורי אורי. Ulterius Scriptura dicit: כי אשב כהשך אורי לי Quando sedeo in tenebris, Dominus lumen mihi est, Mich. 6. 7. (Testimonium ex lege omissum est). Gabriel stat ante conspectum ejus ad vexillum tribus Jehudæ, juxta Mosen & Aharonem versus orientem

tem. Quare dictum est nomen ejus גבריאל? De Jehuda scriptum est: Nam Jehuda גבר praevaluit fratribus suis, 1.Paral. 5.2. Et de Mose scriptum est: ויקרא אל משה Et vocavit ad Mosen, Levit. 1.1. Ulterius scriptum est, Et vocavit nomen ejus אל נבור Jefa. 9.6. Ecce hinc est nomen גבריאל. Raphael (stat à tergo ejus) pro vexillo Ephraim. Quare vocatur nomen ejus Raphael? כדי לרפאות Ad sanandum fracturas Jeroboam, qui ortus fuit ex tribu Ephraim, quæ habitavit versus occidentem. Dictum etiam est, ה' אל נא רפא נא לה, o Deus, sana quæso eam, Numer. 12.13. Hinc est nomen Raphael. Leguntur hæc in Bemidbar rabba sect. 2. Vide & R. Bechai in sect. Bemidbar: Zohar ibid.

אולירין in אלי, in ordine אורירין

ברק in אורקסין

אורשנא Nomen proprium loci, Talm.

איש Personare, Perstrepere, sonum aut strepitum edere, Crepare: אשו כולי עלמא Persona-bant omnes, exclamarunt omnes: כולי עלמא Tonus mundus, id est, omnes præsentēs, quotquot ibi aderant: משום ראושי ברבור Quia perstrepunt, vel, cum strepitu dicunt benedictiones aut consecrationes: aut Nominaliter, Quia sunt strepitus benedictionū, id est, quia multæ sunt preces & benedictiones, ideo cum festinatione & strepitu eas recitant, & nil nisi strepitus inanis sunt: ריאה ראושה Rosch hafchana fol. 35.1. Pulmo crepans, Cholin fol. 47.

איש, אוש, אוש Clamor, Sonus, Strepitus, vociferatio plurium.

אושא Paries: Fundamentum: Pavimentum, Solum: כאושא בני עממא Sicut paries aut murus inter populos, Cant. 8.9. Pluraliter אושין, & emphat. אושית & fæmininè אושית vel אושית, & emph. אושית pro quibus rectiùs diceretur אושית. In Daniele accipiunt Dagesch, אושית. Istud Dagesch quandoque est pro defectu literæ, ut in defectivis secundâ radicali fieri solet; vel ex resolutione vocalis longæ, ut hic est Schureck: א' fundamentis ad parietes, א' מאושיא עד בתליא Hebr. מן הקרקע עד הקירות 1.Reg. 6.16. Non erat unum pavimentum duntaxat, sed diversa, ideoque paraphrastes plurali numero utitur: ואשית יחטו Et fundamenta componunt, jaciunt, Efrae 4.12. א' מאושיא עד אושיא A pavimenti usque ad pavimenta, à pavimento uno usq; ad alterum, tam pavimentum unum quam alterum, Hebr. מן הקרקע עד הקרקע 1.Reg. 7.7. Const. בית אושי ביתא Pavimenta domus, Hebraicè, Quod ראין אושיתא יתרעון 1.Reg. 6.15.30. Quod si fundamenta diffringantur vel destruantur, Hebr. השתות, Psal. 11.3. ואשית טוריא ועו Et funda-

אמא *Ancilla, Hebr. אמא*. *Litera ultima quandoque se habet ut radicalis, maxime in numero plurali, ideoq; in hoc ordine ponitur; quoadq; & sæpius, ut servilis femina. Ponitur quoque pro Hebræo שפחה*. *Forma absoluta rara est*: **אמא** *Non ducet quisquam Israëlitarum uxorem ancillam*, Deut. 23. 17. al. 18. **אמא** *Emphat. Ejice ancillam hanc & filiū ejus: non enim hæres erit* **אמא** *בר אמא* *filius ancillæ hujus cum filio meo Isaac*. Genes. 21. 10. **אמא** *או אמא* *Aut ancillam Cananæam*, Exod. 21. 32. in Jonathane. *In pausa sive membro sententiæ majori dicitur אמא, litera ה manente & terminatione, Schurek, ut fit & in אמא*: ut, **אמא** *ללאה ברתיה לאמא*, Gen. 29. 24. **אמא** *Filiam suam in ancillam*, Exo. 21. 7. **אמא דשרי** *Ancilla Saræ*, Gen. 16. 8. **אמא** *Aff. Ingredere nunc ad ancillam*

cillam meam, Gen.16.2. ופרוק לבר אמך Et redime filium ancillæ tuæ, Psalm.86.16. ולפרה אמתיה Silpa ancilla ejus, Gen.29.24. ות הנר מצריתהא אמתה Hagaram Ægyptiam ancillam suam, Gen.16.3. In Jobo legitur & cum ה manente ante Affixum: Judicium servi mei vel ancillæ meæ, Job.31.13. Plurale, ועבדיו ואמתו Et servi & ancillæ, Genes.12.16. Constr. לעיני אמהת עבדוהי In oculis ancillarum fervorum ejus, 2.Sam.6.20. Emphat. ועם אמהתא Et cū ancillis istis, 2.Sam.6.22. Et ancillas suas, Gen.20.17. מן אמהתך Ex ancillis tuis, Ruth.2.13. וית אמתתכון Et ancillas vestras, 1.Sam.8.16.

אמס . אמה . אמר . Vide mox in אמס .

אמס אמסתא, Caligo, Obscuritas: Hebr. ערפל: ut, וענן אמסתא Et nubes caliginis, 1.Reg.8.10. Cum nube & caligine, Deut.4.11. Joël.2.2. ענני וקרא ואמסתא Nubes gloriæ & caliginis, Psal.97.2. מאחר באמסתא Prehendit caliginem, quæ venit à folio suo, Job.26.9. Pravè in Venetis legitur במיטתא exclusâ literâ Aleph.

מטל . אמטול . Vide in מטל .

אמל Plurale, אמליו Chlamydes, Togæ honorationes: Cum chlamydibus coccineis, Hebr. ובגדי Ezech.27.24. R. David scribit, se non invenisse fratrem vel socium hujus vocis.

Videtur esse Græc. ὁμολογία, Consensus: Pactum, Pactio, Literæ pactionis, contractus, Talm. Hierosol. Moed katon cap.3. אומולוגיא Talm. Hier. Kethubh. cap.9.

מלת . אמלתרא . Vide infra in מלת .

אמס מנעל: Mustricola, formalignea calcei: Calceus qui est super forma, Schab. fol.141. שומטין הנעל מעל גבי אימום Detrahunt calceum de forma. Dicitur & de aliis aliarum rerum formis: גודלי מצנפות Forma aptantium pileos: עושי כסותות: עושי טבעורת: עושי סבירות: Kelim cap.16.

Obscuratum, pro עומס per commutationem gutturalium, נחלים אוממות, Prunæ obscuratæ, id est, extinctæ, Berach. fol.53.

Mater: Bivium, diversarum viarum mater: Metropolis: על אם פרשות אורח Super matre & divisione viæ, id est, in bivio, Ezech.21.21. אמא דכל בני אנשא: אמא דכל בני אנשא Mater omnium hominum, Gen.3.20. כעובדי אמא כן Juxta opera matris, est filia, qualis mater, talis filia, Ezech.16.44. לית לה אבא ואמא Non est ei pater, neq; mater, Esth.2.7. רב ואמא בישראל Urbs magna & mater in Israël, id est, metropolis, 2.Sam.20.19. לאמא דמלכא Matri regis, 1.Reg.2.19. לא בת אמי Non est filia matris meæ, Genes.20.12.

Filii matris tuæ, Gen.27.29. אבך וית אמך Patrem tuum, & matrem tuam, Josuæ 2.18.&c. Plurale ex forma masculina, ואמיהון ספרן Matres ipsorum plangunt, Thren.4.3. Forma feminina ועל אמתהון Et de matribus ipsorum, Jerem.16.3. Apud Rabbinos etiam est Matrix: ut נטלה האם Ablata, excisa est matrix ipsorum, Cholin fol.55. Pluraliter אמות & אמחות: unde בצלים האמות Matres ceparum, id est maiores, quæ ponuntur ad semen proferendum. Hæ etiam decimari solebant, Peah cap.3. אמות הקריאה Matres lectionis. Sic appellantur à Grammaticis tres literæ אוי, quia vocalium locum subeunt, quando sine punctis scribuntur Hebræa.

Natio, Populus, ab una quasi matre descendens: כל עם אמה ולשון Omnis populus, natio & lingua, Dan.3.28. ריש אומא דמואב Caput populi Moab, Num.25.15. in Jon. אמא ולשניא Nationes & linguæ, Dan.3.4. ושאר אמא Et reliquæ nationes, Esr.4.10. לאומיא Laudate cum omnes nationes, Psal.117.1. ורישי אומין Et capita nationū five familiarum, Genes.25.3. in Targ. Hierosol. & Jonathane. ריש אומי בית אבא Caput nationum domus paternæ, Num.25.15. רב רבין לאומיהון Principes per familias suas, Genes.25.16. ubi Jonathan ex forma fœminina habet לאומתהון.

Cubitus, mensura cubitalis: אמה . אמתא . אמתא Nempè cubitus & palmus, Ezech.40.5. Cubitus & dimidius cubitus, id est, sesquicubitale, 1.Reg.7.31. אמתא אורכיה ואמתא Cubitus erit longitudo ejus, & cubitus latitudo ejus, Exod.30.2. באמת מלך Cubito regis, id est, majori, Deut.3.11. Plurale, שית אמן באמין Sex cubitorū in cubitis vulgaribus, Ezech.40.5. Duo cubiti, Hebr. אמתיים Genes.25.10. Apud Rabbinos, אמת הבנין Cubitus ædificii, i.e. Virga mensoria, decempeda, ein Maassstab/ Schab. fol.311. Philippus Aquinas scribit in Lexico, in voce תבקין, ex libro Jephthe toar: Tres אמות i.e. Cubiti fuerunt in sanctuario: primus fuit quinque palmarum: secundus sex: tertius decem. Ille qui sex continet, vocatur בינוני Medius.

Membrum quo vir dicitur: Item Digitus medius in manu; וי לען תיקצץ Qui (manè ante lotionem) manum admovet oculo, auri, &c. abscindatur, Schab. fol.108.2. ומשתיק כל אוחו באמרה ומשתיק Quiprehendit membrum virile manu & mingit, perinde est ac si induceret diluviū in mundum, Nidda fol.12.1. ר טרפון Dixit R. Tarphon; Qui manum ad membrum (virile scil.) adbibet, abscindatur manus ejus ad umbilicum ejus: Dixit quidam;

dam; Quid si spina infixā sit ventri ejus, annon tollet eam? Respondetur, Non. Instat alter; At venter ipsius finditur; Respondetur; מוטב תבקע מוטב תבקע *Satius est, ut findatur venter ejus, quam ut descendat in puteum corruptionis*, Nidda fol.13.2. Præceptum, quo voluerunt absterre a non necessaria contrectatione istius membri, ne libidinis causa detur. Simile planè est, quod Christus Matth.5.v.29.&30. dicit, de oculo & manu offendente; *Εἰ ὃ ὀφθαλμός σου ὁ δεξιὸς σκανδαλίζει σε, ἔξελε αὐτὸν, καὶ βάλε δὲ πρὸ σοῦ; συμφέρει γὰρ σοὶ ἵνα δὲ πωληθῆς ἐν τῶν μελῶν σου, καὶ μὴ ὄλον το σῶμά σου βληθῆς εἰς γέενναν. Καὶ εἰ ὁ δεξιὸς σου χεὶρ σκανδαλίζει σε, ἔκταψον αὐτήν, καὶ βάλε δὲ πρὸ σοῦ. συμφέρει γὰρ σοὶ.* &c. *Projiciens (mingens) guttas crassas ex membro, pollutus habetur*, Mikvaos cap.8. *Os membri*, Nidda fol.22.1.

Fossa ad recipiendas aquas, unde rivi sunt ad agros irrigandos, sic dicta, quòd sit עמוקה אמה profunda cubitum, & ורחבה אמה & lata cubitum, scribit R.Salom. in Bava kama f.50.2. אמה בבית אמה בכית לך Fossam in agro siticuloso ego vendo tibi: אמה בית הקילון Fossam canalium ego do tibi, Bava bas. fol.99.2. Sic est in textu: in Glossa, אמת, quomodo communiter usurpatur cum alio Nomine substantivo: בהמה שנפלה במים Bestia quæ cecidit in fossam aquarum, Schab. fol.128.2. *Dicitur de molis שקלינהו*: באמתא דריחיא Accipe eas in arca molarum, id est, molinaria, Berach. fol.18.2. Glossa: Tota structura sedis molarum, id est, basis lapidum molarium, vocatur אמת הריחיים. Alibi: למבני אמת Ad construendum basin lapidum molarium, Moed caton fol.10.2. Glossa: Lignum super quo lapides molares positi sunt, sic vocatur.

אמן Hinc Verbum in Aphel הימן, pro האמן *Credere, Fidere*. Literæ quiescentes inter se permutabiles sunt. Jod sæpè in scriptura o-mittitur. *Præteritum*, ארי לא הימן להון Nō enim credebatur eis, Gen.45.26. *Et credidit verbo Domini*, Gen.15.6. *ולא הימנית לפתגמיא* Et non credidi verbis istis, 1.Reg.10.7. *ולא הימינו* Qui non crediderunt verbo Domini Dei sui, 2.Reg.17.14. *עו קלף דלא הימנתון במימרי* Eo quòd non credidistis verbo meo, Numer.20.12. *Particip.* *ליתכון מהימנן* Vos non creditis verbo Domini Dei vestri, Deuter.1.32. *Futurum*, לא אמן Non credam, Job.9.16. *Contractè* pro אמן. Sic & in aliis personis quandoque: לא יימן בעברוי נבייא לא יימן בפרשי עלאי לא יימן *Sanctis excelsis non credet*, Job.15.15. *לא הימן בחייו* Non credet in vita sua, Job.15.22. *אם לא תהימנן* Si non credi-

deritis verbis prophetarum, Jesa.7.9. *והא לא לי הימנן* Sed ecce non credent mihi, Exod.4.1. *Ithpehal, Futurum*, ויתהמנן פתגמיכון Et credentur verba vestra, vera habebuntur, confirmabuntur, Gen.42.20.

Apud Rabbinos: אל תאמן בעצמך עד יום מותך *Ne confidas tibi-ipsi usque ad diem mortis tue*, dictum Hillelis in Pirke avoth cap.2. *Item*: אל תאמן על עצמך בשלות גופך *Ne cōfidās in incolumitate corporistui*: כמה שכנו על משכנו ולא קמו כמה שכנו על משותם שמחים ושוכי לב וקמו בחלאים רעים כמה שכנו על משותם שמחים ושוכי לב וקמו בחלאים רעים *Quot enim contulerunt se in lectū, qui non surrexerunt? quot cubitum iverunt sani, & surrexerunt ægri? In Orchoth chajim.*

אמן Verificare, verè præstare & exhibere. Inde in R. Salomone, אלהי אמן Jesa.65.16. id est, אלהי Deum veritatis, ושמר הבטחתו *Qui verificat & servat promissionem suam.*

אמן Amen. Vox vulgò nota, Hebræis, Chaldaeis, Syris, aliisque plurimis linguis usitata. Hebraicè bis reperitur ut substantivum, *Veritas, Fides*: יתברך באלהי אמן Benedicat sibi per Deū veritatis vel fidei; ישבע באלהי אמן Juret in Deo vel per Deum veritatis, Jesa.65.16. i.e. *Per Deū veritatis, h.e. verum, qui verè & fidè servat promissiones suas. Hinc transit in vocem credentis, asseverantis, assentientis, confirmantis, quod dictum est, sive bonum illud sit sive malum.* Sic mulier ob adulterium suspecta, confirmabat maledictionem præcedentem per repetitam vocem, אמן אמן, Verè, verè fiat ac ratum esto, quod dictum est, Num.5.22. Sic Deut.27. ad omnes maledictiones respondere debebat populus, אמן Amen. Sic ecclesia Esre benedicienti, respōdebat Amen, Amen, Nehem.8.7. Duplicatio vocis, duplicabat affectum animi, majoris certitudinis causâ. Jeremias optime interpretatus est, inquiens: *Et dixit Jeremias propheta: אמן כן ועשה אמן כן יהא רעוא מן קדם אמן כן יהא רעוא מן קדם Amen, sic fit voluntas Domini*, Jerem.28.6. Solita sic fuit ecclesia ad benedictiones sacerdotis, vel maledictiones respondere Amen: qui mos in primitiva Ecclesia Apostolorum quoq; adhuc videtur fuisse usitatus, ex 1. ad Cor.14.16. *Επει εαν διλογησῃς τῷ πνεύματι, ὁ ἀνασπληρωὴν τὸν τόπον τῆ ιδιότητος, πῶς ἔρεε τὸ Αμην δὲ τῆ σῆ δὲ χαρισία?* &c. In Talm. Hier. Taan. cap.2. fol.65.4. *תני לא היו עונין* Traditio est: Non respondebant Amen in domo sanctuarii. Quid igitur dicebant? ברוך כבוד מלכותו לעולם ועד *Benedictus sit Deus glorię, regnum ejus in sæculum & sempiternum. Unde autem habemus, quòd non responderint Amen in sanctuario? Ex eo*

quod dictum est: *Benedicite Domino Deo vestro à seculo usque in seculum*, Nehem. 9. 5. &c. Alibi: In domo sanctuarii non respondebant Amen; quia pronunciabant Nomen Dei secundum scripturam suam, &c. Porro multa Hebræi scribunt, de necessitate & virtute hujus responsi. Scriptum est: *אמנים* Psal. 31. 24. illi sunt *אמנים* qui dicunt Amen cum vera fide: Jalkut in hunc Psalmum: Medrasch Tillim hîc: liber Mufar cap. 4. fol. 42. Ibidem: *Quicumque* dicit Amen omnibus viribus suis, ei aperiuntur portæ paradisi, sicut dictum est: Et ingreditur gens justa *אמנים*, Jesa. 26. 2. id est, qui dicunt Amen; omnibus viribus suis; id est, omni intentione & devotione. Item, גדול Major est respondens Amen, quam qui benedicit sive orat. Triplex autem Amen Hebræi constituerunt, de quo hæc leguntur apud Talmudicos: *אמן חטופה ולא אמן יתומה* Non respondent Amen acceleratum, neque Amen amputatum, neque Amen pupillare sive orbum: Berach. fol. 47. 1. Amen acceleratum est, quod acceleratè & festinanter effertur, quasi cum א brevissimo, & accentu in ultima, veluti *אמן*: vel, quod ante absolutam orationem præmaturè respondetur. Amen amputatum dicitur, à quo ultima litera Nun in pronunciatione quasi succisa & amputata est, ac si diceretur Ame. Amen pupillare vocatur, quod præcedente benedictione, ceu patre, caret, quando scilicet quis inconsideratè & animo aberrante respondet Amen, non ad præviam sacerdotis benedictionem vel orationem, sed ad murmura populi. Hæc diversa Amen fructu & effectu carent, immò pœnam secum trahunt neglectæ attentionis & bonæ intentionis sive zeli. Id veteres Hebræi in loco prædicto indicaverunt hisce verbis: *כל העונה אמן יתומה* יהיו לו בנים יתומים חטופה יתחטפו ימיו קטופה יתקטפו i. e. *Quicumque* respondet Amen pupillare, ejus liberi erunt pupilli: Acceleratum, accelerabuntur vel celeriter transibunt dies ejus: qui verò prolongat sive diu moratur in pronunciatione Amen, prolongabuntur dies ejus & anni ejus. In Templis majoribus, ut Hierosolymis & Alexandria, ubi populus sacerdotem ægrè audiebat, minister ecclesiæ publicus, moto linteo dabat signum, quando respondendum esset Amen. Non nimium tamen morari debebat populus in productione Amen: id enim pro superstitioso errore reputatum fuit. Unde illud: *כל העונה אמן יתומה* יתור מדאי אינו אלא טועה *Quicumque* respondet

Amen magis quam satis est, id nil nisi error est, Berach fol. 57. 1. Vide plura in libro Mufar fol. 42. edit Cracovianæ.

אמת Veritas: Apud Talmudicos: מהו חותמו של הקנה רבי בני בשם ר' ראובן אמר מהו אמת אר בון שהוא אלהים חיים ומלך עולם אמר ריש לקיש אלף רישיה דאלפא ביתא: מ"ם באמצעיתיה: תיו בסופה: לומר אני ה' ראשון שלג קבלתי מאחר ומכלעדי אין אלהים שאין לי שותף. ואת אחרונים אני הוא שאיני עתיד למסרה לאחר hoc est, Quod nam est sigillum Dei benedicti? Rabbi Bibhaj nomine R. Rubenis dixit *אמת* Veritas. Quid est אמת? Dixit R. Bon, est ipse Deus vivus, & Rex sæculi. Resch Lakisch dixit: א est prima Alphabethi litera: מ est media: ת est ultima, quasi diceret: Ego sum primus, qui non accepi ab alio: & præter me non est Deus (nullum enim agnosco socium): & ego quoque sum ultimus, qui non traditurus sum id alteri, Talm. Hieros. Sanhed. cap. 1. De hoc sigillo Dei multa scribunt quoque Cabalistsæ. Aliter apud Rabbinos: אמת יש לו רגלים י שקר כל אות אחרא כרעא קאי Veritas habet pedes (duos): sed mendacii quævis litera super uno pede stat (unde consistere nequit.) Sic dicunt etiam, שקר אין לו רגלים Mendacium non habet pedes. *Liegen mag nicht bestehen*: & אמת מלבן לכיניה. Vide Talm. Schab. fol. 104. 1. Vocis שקר literæ singulæ unum tantum pedem habent, cui insistant: sed vocis אמת literæ duobus pedibus insistant, & basin quasi firmam habent instar pavimenti lateritii: Hinc proverbiales illas extruxerunt sententias. Aliud: לקבל האמת ממי שאמרו *Accipienda est veritas à quo vis qui eam dicit.* Vide in Meor enajim fol. 30. 2.

אמת Verificari, Stabiliri, Confirmari: וזה יתאמת לך הדבר Verificabitur tibi res ista. וזה מש יתאמת ממש Idque verificabitur simpliciter: ולא כשנתאמת אליו Quando verificatum fuit ipsi: Et non verificatur, verè scitur locus ejus.

אמתים Veritatis asseriores, Orthodoxi, in More sæpè.

אמת Verificatio, Assertio: אמות הדבר Verificatio, assertio rei.

לפי אמתת אמתה Verificatio, veritas, Rab. אמתה Propter veritatem existentiam ejus.

אמתי Verus, Fides: Verba vera. אמתי Philosophia vera.

אמונה Fides, religio, quæ quis Deum colit, complectitur & reveretur: אמנה שלימה Fides plena & perfecta: אני מאמין באמונה שלימה Ego credo fide perfectâ. Plur. אמנות Res creditæ, quæ creduntur, Articuli, Principia fidei.

אמנה Idem. Sed magis est Fides in contractibus; unde,

unde, כחוסר אמנה *Carens fide*, est qui promissa aut fidem datam in contractibus non servat; veluti, מי שאומר לחבירו ליתן לו מתנה ולא נתן לו הרי זה ממחוסרי אמנה Qui promittit socio vel amico suo munus aliquod, & non dat ipsi, iste est ex carentibus fide: Schulchan Aruch in Chofen hammischpat num.204. sect.8. קטני אמנה Parvi fide, *ὀλιγοπιστοι*. vide in קטן. Est liber quidam à Judæo-Christiano conscriptus, qui vocatur ספר אמנה Liber fidei, continens defensionem fidei Christianæ, & refutationem fidei Judaicæ. Est & alius liber ראש אמנה Caput fidei, cōtinens radices sive fundamenta Legis, & capita fidei Judaicæ, authore Don Isaac Abarbinele.

אמנה *Fides in contractibus, Literæ fidei, Literæ debiti, chirographum, quo debitum ratum habetur & securum redditur vel confirmatur: באמנה Fide, Credito, auff Borg/oder Credit: באמנה* מוכר חפץ לחבירו באמנה Vendens pretiosum aliquid amico suo fide vel credito: אנחנו כורתים אמנה וכותבים Nos inivimus contractum fidei, & scripto comprehendimus: אמנה Contractus sive literæ fidei aut crediti: מכר באמנה ואשראי Vendidit credito & ratificatione, auff Borg und Versicherung/ non pro numerata pecunia.

אמנה ופרפר נהרי דמשק *Amana, nomē fluvii: אמנה* Amana & Parpar, fluvii Damasci, 2.Reg. 5.12. Pro hoc in textu Hebræo legitur אמנה, sed in margine legendum traditur אמנה, ut est in Targum. R.David scribit, utroq; nomine fuisse appellatum, pro diversitate tractus. דיתבין על אמנה Qui habitant ad fluvium Amana, Cantic.4.8. Hebr. מראש אמנה. Utrumque Targum contra eos est, qui Amana montem fuisse scribunt, inter quos est Plinius lib.5.cap.22.

אומנים אומנים *Umanus, montis nomen, qui Hebraicè dicitur Hor, in quo mortuus est Aharon frater Moysi: היבמא דשכב אהרן אחוד בטוורוס אומנים* Sicut decubuit Aharon frater tuus in monte Umanos, Hebr. בהר הור Deut. 32. 50. in Jonathane: De monte Umanos, Hebraicè מהר הור Num.34.8. in Jonathane, ubi in Targ. Hierof. legitur אומנים. Communiter scribitur & vocatur אומנים. Sic & aliàs pluries, ut Num.34. sæpius. Baal Aruch in טר secundo legit אומנים. Citat idem alium locum ex Gittin fol. 8.1. טורי אומנים, sed in nostris exemplaribus legitur טורי אומנין, & ibi in Glossa locus Targum ex Num.34. quoque citatur per אומנין in fine.

לא תספון אומנא חדא *Latus, Angulus: אמנה* Non absolvetis metere, id est, non prorsus demetetis angulum unum, Hebr. פאר, Levit.19. 9. in Jonathane. Sic Levit. 23. 22. ואומנא דרקנהון

Et latus barbæ ipsorum, Hebr. ופאת זקנים Lev.21. 5. in Jonathane.

אומן *Linea, Series, Ordo, qualis esse solet in agris & vineis, vel demetendo segetem, vel plantando vites, Talm. ונותנין פאה מכל אומן ואומן* Et relinquunt angulum in unaquaque serie, Pea cap.4. Glossa, פועלין אוכלין מכל שורה ושורה ab unaquaque linea: פועלין אוכלין בהליכתן מאומן לאומן Operatores comedunt quandocunque eunt de una linea ad alteram, Metzia fol.91.2. Vindemiatores seriatim legunt uvas: quotiescunque unam seriem vel lineam, id est, שורה, absolverunt, licitum est ipsis comedere de uvis: פועלין אוכלין בראשי אומניות שלהם Vindemiatores comedunt in capitibus novorum ordinum, Bava metzia fol.89.2. In novis ordinibus vel extremitatibus uvæ sunt meliores & magis sole coctæ & maturatæ. Capita linearum, sunt Latus, Angulus, qui antè sic ex Targum Hierof. dicitur אומנא. Munsterus ponit אומא Ordo, linea. Existimavit literam Nun esse ex plurali forma.

אמון *Hebræa vox est, quam Aruch dicit in Beresc. rabba quadrupliciter explicari: primò פרנוג אמון idem est quod Pedagogus, nutritivus: ut ibi, ואהיה אצלו אמון* Et fui apud ipsum Amon, Prov.8. 30. *Secundò מוצנע אמון מוצנע אמון idem est quod Verecundus.* Hoc dicunt de Amon Manassis filio, 2.Reg.21.19. Amon præfecto urbis, 1.Reg. 22.26. *Tertiò מכוסה אמון אמון idem quod Tectus, latens: ut, ואת יתר האמון* Reliquum multitudinis obscuræ populi, Jer.52.15. *Quartò רבתי אמון idem quod Magnum: ut, מנא אמון*, quod Targum reddit מאלכסנדריא רבתי Præ Alexandria magna, Nah.3.8. Sic pro נא etiam est Alexandria, Jer.26.25.

אומן *Artifex, Opifex, sic dictus, quod in sua arte debet esse Fidus: עובר אומן* Opere artificis, Hebr. אומן בעוברא דנחשא Excogitatoris, Exo.28.6. אומן הויב Artifex in opere æris, Hebr. הורש, 1.Reg.7.14. וחרש אומן Opus fabri & artificis, Hebr. וחרש, Exod.35.35. *Et artifex factor armorum, 1.Sam.13.19. אמון למירש* Sicut agricola qui artifex est ad tritrandum, Jesa. 21.10. *Plurale, עובר אומנין בלהון* Opus artificum omnia sunt, Hof.13.2. *אומנין למיקץ גאון* Qui artifices sunt ad cædendum ligna, Hebr. וחרשי עץ, 1.Sam. 5.12. *אומנין לאנחא קרבא* Qui artifices sunt ad gerendum bella, committenda prælia, Jesa.21.10. *Emphat. כל אומניא ותרעיא* Omnes artifices & janitores, 2.Regum 24.14. *Et ex forma fœminina, ולאלפא אומנין* Et ad docendum artifices ad operandum in auro & in argento, Exod.35.32. *בכל אומן* In omni opere artificum, Exod.35. 33. in Jonathane. Sed hæc possint ad sequens

substantivum abstractum referri. *Apud Rabbinos: שב שני הוה כפנא ואבנא דאומנא לא חליף Septem annis si sit famas, ad ostium artificis non pertingit; i.e. non sentit eam artifex sedulus & industrius; quia arte & industriâ suâ semper aliquid acquirat, unde famem pellat, & se suosque sustentet, Sanhed. fol.29.1. In glossâ dicitur esse משל הריוט Proverbium vulgare. Citatur à R. Levi ben Gerson ad Proverb.22.29. Vidisti virum velocem in opere suo? coram Regibus stabit, non stabit coram obscuris: sed pro שב שני dicitur, Sex annis, &c. Adducitur quoque à Drusio in Adagiis Hebraicis pag.104. sed mutilè, truncatis primis duabus vocibus שב שני; *Que verba, ait, quid sibi velint nescio. Sed facilis est sensus illorum; שב per Apocopam Talmudicis familiarissimam pro שבוע septem, שני pro שני Annis. Sensus quoque totius paræmiæ satis perspicuus, cõgruens cum illo Germanorû, ein Handwerck hat ein guldenen Boden. Alibi: מוריס אומן מותר Muria artificis (Christiani) licita est, Avoda fara fol.34.2. Deinde etiam apud Rabbinos per Synecdochen est Venæsector, aut, si de circumcissione sermo sit, Circumcisor, Magister circumcissionis, Bava bafra fol.21.2. אומנא דלא מייץ סכנה הוא Circumcisor quando non exsugit sanguinem (abscissi præputii) id periculosum est, Schab. fol.133.2. קרנא דאומנא Cornu, id est, cucurbitula venæsectoris, balneatoris, qui scarificare solet, Makkos fol.16.2. Venæsectorem vulgò vocant מקו דם. Cucurbitula Latinis à cucurbita dicitur, quòd ex cucurbitæ cortice fieret: Babyloniiis קרנא, quòd Cornæ tunc ibi essent, ut & hodiè adhuc in quibusdam locis. Sic Germanis Schrappffhornle/ Cornu scarificationis. Postea etiam æneis usi sunt, & ultimò vitreis, quæ potissimum adhuc cum æneis sunt in usu.**

Ars manualia, Artificium, Opificium, Targ. ובאומנות אבן שכנא Et in artificio lapidis pretiosi, Hebraicè ובחרשת, Exod. 31.5. & 35.33. Omnis artifex odit filium, id est, discipulum artificii sui, Gen.3.4. in Jonathane. Proverbiale est, ut illud, Figulus figulo invidet. Hoc in Beresch. rabba sect.19. ita exprimitur, כל איש שונא בן, Hebraicè, כל איש סני בר אומנותיה. Plurale, לאלפא אומנן. Addocendum artificio operandi in auro & argento, Hebr. להשב. Ad excogitandum cogitationes, id est, res artificiosas, Exod.31.4. & 35.32. Quidam interpretantur, Artificium. Emphat. אומנותא. Et ad docendum artificio reliquos artifices, Exod.35.34. in Jonathane. Vulgò legitur למילף Ad discendum: sed in Hebræo est להורות. Addocendum, quod Chaldaicè est למלף, con-

tractè pro למלף, cum ך formativo, ex usu Hierosolymitano. Pro eo vers.32. dicitur לאלפא ex forma analogâ. *Apud Rabbinos, לא ילמד אדם את בנו אומנות בין הנשים Non docebit homo filium suum artificium aliquod inter mulieres, vel, presentibus mulieribus: nam conversatio ista prava est, & corrumpit artificium. לעולם ילמד אדם את בנו Semper doceat homo filium suum artificium mundum, i.e. honestum: (alibi additur, וקלה & facile, Berach. fol.63.1. & Kidduschin in fine.) כל שאינו מלמד את בנו אומנות כאילו מלמדו ליסטנורא Quicumque non docet filium suum aliquod opificium, perinde est, ac si doceret eum latrocinium, Kidduschin cap.1. אין אומנות שאין בה עניות ועשירות Non est artificium, in quo non sit paupertas & divitiæ, sive opulentia: שלא עניות מן האומנות ולא עשירות מן האומנות: quia non est paupertas ex artificio, neque opulentia ex artificio, sed omnia juxta meritum & justitiam ejus, scil. artificis: R. Schimeon Eleazaris filius dixit: Vidisti ne unquam totâ vitâ tuâ bestiam aut avem, שיש להם אומנות quibus sit aut fuerit opificium aliquod, & tamen sustentantur שלא בצער absque molestia, suntque creata ad serviendum mihi: ego autem creatus sum ad serviendum creatori meo, & non esset justum, ut & ego alar absque molestia? Abba Gurja dixit: Nunquam doceat homo filium suum, ut sit המר המל, Camelio, curator camelorum, ספר tonsor, ספן nauta, רועה Pastor, שאומנותם אומנות & hospes, praefectus hospitii, ליסטנורא quòd opificium ipsorum sit opificium latrocinium, id est, plerique isti sint improbi, fraudulentissimi, malitiosi, magnis periculis expositi, furandi, latrocinandi ac defraudandi occasiones habentes. Adduntur bis Medici & laniones, de quibus dicitur, טוב שכרופאים לנהנים Optimus medicorum ad gehennam pertinet, (hinc mirandum, quare Judæi tam libenter medicinam exercent?): הכשר Rectissimus sive probissimus lanionum, socius est Amaleki: (hic fuit filius Esau; ab eo Amalekitæ dicti & orti, quorum memoria oblitteranda erat, Exod.17.14. penitus extirpandi & occidendi, Num.25.) ר. Nehora dixit: Dimitto ego כל אומנות שבועולם omnia opificia mundi, ac non docebo filium meum, nisi Legem, (i.e. studio verbi divini dedam) cujus mercede & lucro fruitur in mundo hoc, & capitalis summa permanet ei in mundo futuro, וכל שאר אומנות, omnia autem alia opificia non sunt ita. Cum enim homo in morbum incidit, aut ad senectutem pervenit, aut aliis calamitatibus affligitur, ut non possit amplius exercere opificium, destituitur lucro, & moritur fame: at studium Legis divinæ &c. Omnia hæc leguntur in Talmud, libro*

libro Kidduschim, fol. 82. i. quibus verbi divini studium omnibus aliis mundi artibus præferre & commendare voluerunt. Vide & Talm. Hier. in Kidduschin cap. 4. in fine f. 66. 2. אומנות פגומה Opificium honestum & laudabile, Ruptum, i. e. inhonestum, iautile: נקייה Mundum, i. e. Sordidum, reprobū, inhonestum. Hinc; אשרי מי שראה ארת הוריו באומנות מעולה או לו Beatus ille qui videt progenitores suos (vel natos suos) in opificio honesto & laudabili: Infelix ille, qui eos videt in opificio sordido & inhonesto. Talm. Hier. dicto loco. In Maccoth fol. 24. ad verba illa Psal. 15. 3. לא עשה לרעהו רעה *Qui non facit proximo suo malum*, scribitur: שלא ירד לאומנות חבירו: qui non descendit in opificium proximi sui. Vide simile in radice היה.

אמן *Artificiosè, secundum artem agere, ad artem regere & assuefacere, Docere artem*: מפני שמאמן את Propterea quia artificiosè regit manus suas, id est, מרגילים ומכוונם Assuefacit & dirigit eas rectè & commodè juxta artis suę rationem & proprietatem, Talm. Schab. fol. 103. i. In Aruch explicatur, מלמד ירו אומנות Docet manum suam artem vel opificium.

אמן *Educare, Nutrire, ex significatione Nutriens*, Esth. 2. 7. in Hebræo. Hinc apud Talmudicos, האנונין שאמן Noces quas educavit, Oketzim cap. 2. גידלם.

והיות *Fides, Fidelitas, Veritas: Emphat.* הימנותא אורח הימנותא Eratque ipsi fides in verbo Domini, Genes. 15. 6. in Jonathane: בהרית אורח הימנותא לחדא Et veritatem præcipuè, Psal. 119. 30. אנהניא שלמין Nos pacati sumus in fide, id est, fideliter cum Israël, 2. Sam. 20. 19. ולא להימנותא Et non ad fidem, id est, fideliter, Jerem. 9. 3. *Per Apocypam*, דלית בהון הימנו In quibus nulla est fides, Deuter. 32. 20. *Cum Pronominibus*, ער שחקי הימנותך עד שחקי Fides tua usq; ad cœlos, Psal. 36. 6. טיבותך והימנותך Bonitatem tuam & veritatem tuam, Psal. 40. 11. ועד דר ודר הימנותיה Et usq; in omnem generationem fides ejus durat, Psal. 100. 5.

מהימן *Fidus, Fidelis, Verax*: הוא בכל ביתי מהימן הוא In tota domo mea fidelis ipse est, Hebr. נאמן Num. 12. 7. כהן מהימן Sacerdotem fidum, 1. Sam. 2. 35. *Emphat.* וקמי מהימנא ליה Et fœdus meum fidum ipsi, Psal. 86. 29. *Plurale* סהדין מהימנין Testes fideles, Jesa. 8. 2. וימני מהימנין על ארעא Et constituat fidos scil. ministros vel præfectos, super terram, Genes. 41. 34. ממהימנין A fidelibus, Job. 20. 20. *Femininum*, סהדותא דיי מהימנא Testimoniū Domini fidele est, Psal. 19. 8. קרמא מהימנותא Urbs fidelis, Jesa. 1. 21. Sic & usurpatur pro Hebræo

ממן רברבו ומהימן Plagas maximas & fideles, Deut. 28. 59. ומהימן Quæ fideæ sunt, Jesa. 55. 3.

הומוניה in המן, אומנויה Vide in

אנף. Sæpius enim per נ in medio scribuntur.

Utrunque patens vel apertum. Baal Aruch adducit ex Capitulis R. Eliesaris cap. 42. וחלונות אמפומיות בין שביל לשביל והיו רואין אלו את אלו Et fenestræ apertæ erant ab utroque latere inter semitam unam & alteram, ut se mutuò videre possent. Sermo ibi est de Israëlitis ex Ægypto proficiscentibus, ac per mare transeuntibus; quòd, cum aquæ maris congregarentur, & instar muri ipsis fierent, in duodecim semitas, juxta numerum duodecim tribuum, divisæ fuerint. In unaquaque autem semita, sive in muro uniuscujusque semitæ, tamquam in pariete intergerino, ex utroque latere fuisse patentes fenestras & apertas, ut unaquæq; tribus alteram proficiscentem conspicerè potuerit. Hæc in adducto loco quidem habentur, sed vox ista אמפומיות in meo exemplari abest. In Jalkut autem Par. 2. fol. 23. col. 4. ubi similiter quæritur, quâ ratione aquæ maris muris factæ fuerint? dicit unus, factas fuisse כחדין קנקיליא instar cancellorum: alius dixit, כאילין אמפומיות; quod in Glossa marginali exponitur, חלונות פתוחות מעבר *Fenestra aperte ab utroque latere.* Est vox corrupta ex Græco quopiam, cum ἀμφὶ vel ἀμφὸ composito.

אמפורין *Videtur esse Græc. ἔμποροι Mercatores, Negotiatores magni*, qui mare transeunt, & terras longinquas adeunt negotiationis causâ. Legitur in Targum Jonathanis, Genes. 25. 3. וברי דדן Et filii Dedan fuerunt mercatores, & negotiatores, & principes populorum, Hebr. אשורים ולטושים ולאמים, quæ communiter habentur pro nominibus propriis. Targum Hieros. habet, אמפורין ואומנין Mercatores & artifices. Alia lectio hujus Targum habetur in Bereschith rabba sect. 61. fol. 68. i. Rabbi Schemuel bar Nachman dicit; זאען דאינון מתורגמין ואומרין תגרין לופרין וראשי אומין כולהון ראשי אומות הן h. e. Etiam si Targumistæ exponant, scil. hæc Hebræa nomina, tamquam appellativa, ac dicant; אמפורין, לופרין, & ראשי אומין Capita populorum; nihilominus omnia sunt nomina propria capitum certorum populorum. Quid hîc sit, non satis liquet. Rabbi Moses ben Nachman in Commentariis suis, fol. 22. col. 4. locum hunc ex Bereschith rabba adducens, legit pro eo ולפרין, & ר in medio, & אנשי רשע פניהם פני להבים, & exponit,

בוערים כלפידים h.e. homines nequam, quorum facies sunt facies flammaram, ardentes instar lampadum. Prior lectio ולפרין per Resch, possit deduci ex Græco λαμπρός, λαμπροί Splendidi, Clari, Nobiles. Sic לטושים, cui respondet, significat, Tersos, Politos, Splendidos.

אמפלטור Imperator. Quædoq; legitur אמפלטור, & corruptius אמפלטור.

אונפלי in אנף, in אמפולר, אמפולי.

אמץ Claudere, Obfirmare. Ex hac forma adducitur in Aruch: sed in Gemara, undecitatur, legitur ex forma עמץ, quod idem quod עצם. Vide ibi.

אומצא Crudum, caro non satis cocta vel affata, adhuc sanguineum humorem exsudans. Quandoq; simpliciter Assatura: Frustrum carnis præ cruditate rubens: אומצא רבישרא: Frustrum carnis crudæ afferant mihi, Sanhed. fol. 39. i. בר אומר רבישרא אומצא רבישרא Anas videns frustrum carnis crudum, Schab. fol. 128. i.

אמר Dicere. Verbum quod frequenti suo usu facile innotescit lectori. Præteritum, אמר Dixit. Hæc forma cum Participio præsentis non est confundenda, ut in Venetis factum. Fæmin. אמרת, ut aliquando rectè punctatum est. אמרת Dixisti. אמרת Dixi, &c. Talmudici, relecto ת in fine, dicunt etiam אמרו. Participium præsens, אמר Dicens, dicit, pro אמר. Plur. אמרו Dicentes, dicunt: Fæmin. אמרה Dicens, dicit illa: אמרו Dicentes, dicunt illæ. Partic. pehil sive passivum, אמר Dictus, &c. Infinitivus, למימר Dicere; cū servilibus præpositivis, אמר Dicens. dicendo, ad dicendum, pro למאמר, quod etiam aliquando invenitur, ut Dan. 2. 9. & contractè, לממר Efr. 5. 11. אמר A dicendo, ne dicat vel diceret. Imperat. אמר Dic, dicito, אמרו dicite, &c. Futurum, אמר Dicam, אמר dices, אמר dicet, & אמר dicetis, Jere. 10. 11. אמר Dicemus, Dan. 2. 26. &c. Ithpehal, אמר Dictus vel dictum est, Job. 34. 31. contractè hoc dicitur pro אמר. Ithpabel, אמר Jos. 2. 2. Et dicti, nominati, appellati estis, Ezech. 36. 3. אמר על פני יתאמר. Gen. 10. 9. &c.

Rabbini communes in hujus verbi conjugatione, recedunt à communi forma in Infinitivo, dicentes לומר, pro לממר Dicere. לומר Secundum dicere, quasi diceres vel diceret, aut etiam, dicerem.

Talmudici à communi forma Chaldaica rescant communiter literam ר à fine, in Infinitivo, Imperativo & Futuro præcipue, quandoque etiam in Participio, maxime cum Pronominibus: ut, אמר לא קאמינא Ego non dico ego, pleo-

nastice, pro אמר Ego, i. e. quoad me, אמר לא קאמינא Non dico ego, pro קאמינא אמר, ubi ק servilis est Participii litera, ex speciali dialecto Talmudica: אמר אמר Si dicens ego sim, si dixerero: אמר אמר Fui dicens ego, dixi, existimavi, opinatus sum. Infinitivus לממר pro לממר Dicere: אמר אמר Aut dicendum ne? aut est dicendum? aut vis ut dicam? אמר אמר An dicendum sicut Doctores Tannaim? Quandoque לממר Dicere, cum א paragogico. Imperativus, לממר Et dic matri: אמר אמר ויל אמר אמר Dicam: אמר אמר Dices: אמר אמר Quod autem dicis, dicere, vel objicere possis. Usurpatur in eludendo aut rejiciendo objectionem. Interdum etiam est concedentis, אמר אמר Quod si non dixeris sic: אמר אמר Dicet: אמר אמר Dicerè deberet, vel debuisset: אמר אמר Atqui potuisset dicere ipse: אמר אמר Ut non dicant. Sic ל Talmudicè etiam Futuro servit. Ithpehal, אמר אמר pro אמר אמר Dictum est: אמר אמר id est, אמר אמר, vel אמר אמר Est dicens, vel, אמר אמר Dicunt quidam. Usus ejus est, quando sub alicujus nomine sententia proponitur, quem alii dicunt fuisse alium: ut, אמר אמר Ruben, אמר אמר & est qui dicit, R. Schimeonem id dixisse: אמר אמר ר' יצחק Dixit Rabba: quidam dicunt, R. Isaac. Sic legitur aliquando cum inserto אמר אמר, &c.

אמר Dictum, Edictum, Eloquentium, Sermo, Sententia, Rab.

אמורים Oblationes, Sacrificia: vel portiones, Partes sacrificiorum, quæ super altari comburuntur: אמורים הרגלים In sacrificiis majorum festorum, Succa cap. ult. in Misch. fol. 55. col. 2. Sic in Medr. Esth. cap. 1. v. 9. אמורים קרשי קרשים, & אמורים קרשים קלים. Rabbi Moses ben Maje-mon illa sic describit in אמורים הקרבנות ו לכור מעשה הקרבנות אותן על גבי המזבח מן החטאות. cap. 1. אמורים ששורפין אותן על גבי המזבח מן החטאות הנאכלות ומן האשמות ומן השלמים הם הנקראים אמורים h.e. Membra quæ comburunt super altari, de sacrificiis pro peccato quæ comeduntur, de oblationibus pro reatu, & de pacificis, illa sunt quæ vocantur אמורים. Et de bove quidem & capra sunt אמורים, Adeps qui operit intestina, sub quo etiam comprehenditur Adeps qui est super ventriculo, duo renes & adeps eorum; adeps item iliorum & reticuli hepatis, &c. Et mox: אמורים כל האמורים נשרפין על מזבח החיצון comburuntur super altari exteriori. In Gemara scribitur ita vocari, quasi אמורים ברגל oblationes dictæ, id est, præceptæ ad offerendum in festo. Sed Baal Aruch in אמר secundo scribit: אמורים למח נקראו חלבים אמורים שחם מורים וארונים על כל האמורים? אמורים אמורים Ideo quia ועולים על גבי המזבח לחלק ארון העולם sunt

sunt מורים Domini (h.e. præcipua, principalia) super omnia membra, & ascendunt super altari in partem Domini mundi, h.e. Dei.

אמורא Sermocinator, Doctor sermonem habes: Non auscultant voci Doctōris, Job. 3. 18.

אמורא Amora: plural. אמוראים Amoraei. Doctores sive Authores sunt partis illius Talmud, quæ גמרא Gemara dicitur. Fuerunt hi plures, quorum unus dicitur Amora, quasi Sermocinator, Dictator. Doctrina horum fuit expositio primæ partis Talmud, quæ משנה Mischna, Traditio iterata, Lex iterata vel secunda, quæ repetit id quod Moses docuit, & de novo tradit & proponit illud, quod Moses vel obscure proposuit, vel planè non docuit. Primi harum Traditionum Professores & interpretes dicebantur אמוראים. Horum doctrina dicitur Sermo, & titulus horum doctrinæ est, איתמר Dictum est. Non semper hæc nota adhibetur, sed ubi dicitur sic, ibi Amora loquitur. Scaliger in de Emend. temporum fol. 614. vocat eos Sophistas Talmud, γαμολόγους, à Christiis & sententiis quas pronunciabant, quæ אמירות, Latine Scita dicuntur. In Halichothe lam fol. 5. 1. vocantur מוראים, & doctrina ipsorum הוראה.

בר אמוראי Remes, Peritus remigandi: Moed katon fol. 23. 1. Bava basra fol. 74. 2. Baal Aruch legit אמוראי, per ר in medio.

אשלימתא Sermo, Verbum: אמר מימר Perfecisti verbum, Psalm. 18. 27. לירת מימר Non est verbum aliquod murmuris scil. cœlorum, id est, tonitruum, Psalm. 19. 4. כמאמר Secūdum edictum, Esr. 6. 9. Et in sermone, Dan. 4. 14. אצית למימר פומי. Aufsculta sermoni oris mei, id est, orationi, precationi, Psalm. 54. 4. Emphat. Et audiverunt vocem verbi Domini, Gen. 3. 8. In Hebræo simpliciter est, Vocem Domini. Sic paraphrastes sæpissimè hoc nomen divinum efferre solet, per מימרא, ut Johannes Evangelista dicit ὁ λόγος, Joh. 1. Rectitudo תריצות לכבי מימרי Cum Affixis, Rectitudo cordis mei est sermo meus, Job. 33. 3. Per verbum tuum, 2. Sam. 22. 30. Et possessio sermonis ejus, Job. 20. 29. ובמימריה סברית Et in verbo ejus confido, Hebr. ובו הסיתי Et in eum, Psalm. 14. 4. 2. Plural. ושמעון מימרי Et audiunt verba mea, Psalm. 14. 1. 6. ובמימריכון Et per sermones vestros, Job. 32. 14. ושוני מימרוי בלכבך Et pone verba ejus in corde tuo, Job. 22. 22. Usurpatur & reciprocè: בין מימריה ובין מיכל (id est, inter seipsum) & inter Michalem, Ruth. 3. 8. Sic de Deo sæpissimè.

Ut בכריתא רדובשא מאמרא Sermo, Oratio: אמר

מון מאמריה מן מאמריה Prov. 16. 2. 4. Ab oratione oris ejus, Prov. 4. 5. Affixum abesse possit: nam in Hebræo est plurale אמרי Verba: Et ad sermones meos inclina aurem tuam, Hebr. לרברי, Prov. 4. 20. Apud Rabbinos, מאמרות Orationes: Prædicamenta, Categoriae: ואלו הם סוגים עליונים אשר יקראו מאמרות: Et ista sunt genera suprema, quæ vocantur Prædicamenta: Notitia istorum prædicamentorum, in Logica R. Simeonis cap. 10.

אמר Agnus, Pecus, Ovis. In Targum scribitur communiter sine Dagesch, & cum litera Fod, אומר, sed Esra libri auctoritas docet, esse cum Dagesch scribendum: כל אומר נמור Omnem agnum colore varium, Hebr. וכל אומר שחום Gen. 30. 32. Et omne pecus fuscum, ibid. ויאמר ותור וחמר Vel agnum vel bovem aut asinum, Jud. 6. 4. באמרא In pecude, Exod. 13. 13. לאמרא חרא Pro agno uno, Cant. 1. 14. אמרין בני שתא Plurale, Agnos anniculos, Hebr. אפרין ארבע מאה Exod. 29. 38. Et אפרין לעלון Et agnos quadringentos, Esra 6. 17. מן אפרין De agnis, Lev. 1. 10. ולרברי In arietes & in agnos, Num. 29. 18. אמרתא Agna, מן עניא De ovibus agnam, Levit. 5. 6. אמרתא חרא Et agnam unam, Num. 6. 14. Plurale, קבשות redditur in Targum חורפן, Exod. 21.

Idem, Rosch hasch. fol. 18. 1.

על אמרא דלבושוהי Ora, Fimbria: על פי Super oram vestimentorum ejus, Hebr. על פי Psal. 133. 2. Munsterus etiam exponit Pharetram ex Thren. 3. 13. sed ibi hodiè aliter legitur. Rab. אימרא חלוק לבן שאין בו אימרא Indusium in quo non est fimbria. Sic R. Jona fertur dixisse, מעולם לא ראו קורות ביתי אמרי חלוקי Trabes domus meæ nunquam viderunt fimbrias indusii mei. Tam verecundus scil. fuit: Ad aufe-rendum fimbrias ejus.

Mutare. Sic ponit Munsterus ex Jesa. 34. 4. Error est: nam דאמר quod ibi legitur, est ab אמר Dicere.

Dies: מילני אימריה Dies niger, Talm. Hier. עו cap. 1. in Gemara.

אמרון Domesticus, Cicur, Mitis. Græcum est ἄμειρος: oppositum ejus est ἀγριος Sylvestris, agrestis. אמרון וארירה אמרון Fuit ipsi canis agrestis & leo cicur sive domesticus, Beres. rab. sect. 77. ad finem, ubi hodiè legitur, & sic in Jalkut, sect. וישלה. In Aruch in hac radice per א ab initio scribitur: sed in אמרון, נומרון, quæ lectio non omnino improbanda: Nam אמרון potest exponi Leopardus, Leopardalis, à נמר Pardus. In eodem Jalkut fol. 99. col. 1. Antequam peccaret Adam primus,

audivit vocem domesticam, id est, mitem ac mansuetam : quamprimum autem peccasset, audivit את הקול אנריון vocem agrestem, id est, duram & immitem.

אמרבל *Præfectus, Præpositus pecuniæ fisci publici sacri.* R. David 2. Reg. 12. 10. & 22. 4. scribit, esse **הנוכרים** *Theaurarios, questores pecuniis publicis præfectos. Talmudici inter eos distinguunt. Scribitur & sine א ab initio. Quidam volunt dici, quasi מר על הכל Dominus super omnia, ut Aruch ponit, vel אמר כל Edicens & præscribens omnia, ut Elia placet. Conjectura est & allusio, non vera etymologia. Primò ejus usus legitur in Targum: vocales diversimodè adhibentur: ואמנניה אמרבל מריון: Et constitutam eum præfectum fidum, Hebr. ותקעתיו יתר. Jesa. 22. 23. Sermo est illic de Eljakim, quem constituturus erat Dominus principem fidum populo suo. Plural. אמרבליא Et constituerunt ibi sacerdotes thesaurarios, i.e. quosdam ex Levitis, qui essent thesaurarii, præfecti pecuniis rerum sacrarum, ex quibus diruta & ruinae Templi reparabantur, & vasa sacra comparabantur, 2. Reg. 12. 10. דכנשו אמרבליא מן עמא. Quam collegerant thesaurarii à populo, 2. Reg. 22. 4. In Hebræo utrobique est שמרי הקף Custodes liminis. Limen Synecdochicè est Janua, & Janua pro Cubiculo, camera, conclavi, in quo servantur res publicæ & communes. Ibi autem sermo est de conclavibus Templi sive Atrij Templi, in quo septem fuerunt conclavia, in quibus vestes sacerdotum & alia conservabantur. His septem fuerunt præfecti, quorū quifque habuit clavem, ita ut ad ingrediendum omnes istos convenire necesse esset. Hi septem ergo fuerunt quasi Cubicularii, Camerarii, curam clavium habentes. Sed fuerunt & ejusdem nominis, qui pecunias rerum sacrarum à populo colligebāt, & ad usus publicos servabant, aut in arcam sive ærarium sacrum inferebant, quod Jehoas ordinavit, 2. Reg. 12. בר מן אמרבליא וארכונין. Præter præfectos & Principes, Cantic. 4. 3. Habuerunt hi alios Levitas officarios sub se: Et præfectus constitutus super magnates Levitarum, Num. 3. 32. In Hebræo est נשיא נשיא Princeps principū. Principes dicebantur etiam Primi, Primates, Proceres, super alios eminentes. In Jonathane hîc scribitur אמרבל. Sic sæpius pro Hebræo נשיא in Jonathane legitur, ut Numer. 7. 11. & 13. 3. & 34. 18. & c. Apud Talmudicos, אין פוחתין משלשה נוכרין, ומשבקה אמרבלין Non constitunt pauciores quàm tres thesaurarios, & septem camerarios: Schemkalim cap. 5. in Mischna. Bartenora hîc notat: ministri erant rerum sacrarum, præfe-*

fecti exigendis pecuniis capitationis sive tributi in singula capita, item rebus per anathema devotis & aliis sacratis, quæ singula in suos fiscos intulerunt. His præstituti erant septem אמרבלין Camerarii, qui claves septem januarum habebant, sine quibus priores tres nihil conservare aut in loca sua referre, aut inde depromere poterant. His rursus duo alii præfecti fuerunt, קתילוקין Catholici, Generales dicti: his præerat vice sacerdos: huic sacerdos: huic rex. Vox אמרבל est q.d. אמר על כל, & Arabicè vocant Magnatem אמיר. Qui fuerunt autem septem isti אמרבלין? faciebant septem claves atrii, quæ erant in manibus ipsorum: volens unus aperire, non poterat id, nisi præsentibus omnibus. Apertis omnibus januis, ingrediebantur post eos Thesaurarii, & eximebant, quæ necessaria ipsis erant ad usus publicos. Hæc ibi. In Talmud Hierosolymitano legitur sine Aleph, מרכול, & מרכל. In Plur. מרכולין.

אמרלאי *Angeli sic nominati, qui ex terra Sodoma emissi fuerunt, Schab. fol. 67. 1.*

אמרפל *Amraphel, nomen regis Simbar, Gen. 14. 1. Tria leguntur ipsi fuisse nomina, כוש ונמרוד, וואמרפל, Cusch, Nimrod & Amraphel. כוש quia fuit Æthiops niger. נמרוד, quia induxit rebellionem in mundum. אמרפל, quia אמירתו אפלה sermo ejus erat caliginosus, Bereschit rab. sect. 4. 1.*

אמת *Diversa hujus formæ vide supra in אמה & אמן, pro ratione significationis diversâ.*

אמיתא *Menta. Hanc licet in sabbatho digitis leviter confricare, odoris excitandi causâ, Schab. fol. 128. 1. וממשיך אמיתא לתוכן. Et trahit mentam per ista, Schab. fol. 140. 1. Glossa מ'נטא vulgò. Aliàs etiam vocatur ננינא, & מינתא, אמיתא, unde contractum, אמיתא, Oketzin cap. 1.*

מתי *Vide in אמיתי.*

מתל *Vide in אמתלאה.*

אמתנתין *Vox mendosa, ut אמתנתין, pro אמתנתין de quo vide supra in אות. Aruch sic adducit ex Jelammedenu sect. איש שבעים איש. Numer. 11. 16. sed in nostris libris hodie non reperitur.*

אן *Ubi? Quò? Interrogandi vocula: אן חבל? אן חבל? Ubi est Habel frater tuus? Hebr. אי, Genes. 4. 9. אן מורגיתא דמלכא Ubi est hasta regis, Hebr. אי, 1. Sam. 26. 16. אן אייל? Quò ibo ab indignatione tua, & quò me à te vertam? Psal. 139. 7. אן הוא? Et ubinam est? Hebr. ואיו, Exod. 2. 20. אן את אייל? Ad ubi, id est, ad quem locum, quò tu abis? Jud. 19. 17. אן אתר? Et quònam loci se recepit amicus tuus, Cant. 5. 17. Quò loci, ut, Quò*

אנגריא *Angaria, Adactio, coactio ad currendum, ferendum onus, aut faciendam opus publicum principis aut magistratus.* Tale opus faciētes dicuntur Græcis ἀγγαροὶ *Angari: Et ἀγγαροὶ Adigo, cogo ad ministerium angarorum præstandum.* Id Hebræi dicunt **עשה אנגריא** *Facere, præstare angariam; Et cum intercedente Præpositione, עשה בו אנגריא* *Fecit in vel cum eo angariam, i. e. ejus ministerio vel opere ad angariâ usus fuit.* De Græco ἀγγαροὶ vide Appendicem Henrici Stephani in Thesaurum suum linguæ Græcæ. Inde ἀγγαρεία *Officii servilis publici præstatio, quod ferè inviti & coacti faciunt, qui faciunt.* Nomen ἀγγαροὶ dicuntur Græci, Suida teste, à Persis accepisse, unde postea alias efformarunt. A Græcis Hebræi à tempore Christi mutuarunt Nomen **אנגריא**, *cujus frequens apud Talmudicos & communes Rabbinos usus est, qui ex sequentibus patebit.* Legitur de quodam R. Eliesare, cui cum magnæ divitiæ à patre relictæ essent, tamen accepto vasculo farinæ mundæ in humeros suos, longè lateq; peregrinatus est ad Scholas varias, ut Legem disceret, i. e. studium verbi divini prosequeretur: פעם אחת מצא והו עבדיו ועשו בו אנגריא *quadam vice inciderunt in ipsum (in itinere) servi ipsius, (non agnoscentes scil. ipsum) feceruntque cum ipso angariam, id est, adegerunt ad opus diurnum principis præstandum.* Glossa: אנגריא id est, עבודת שר העיר *Opus principis urbis, Joma fol. 35. 2.* Item, או שנעשית אנגריא *Aut qui factus fuerit angaria: Bava metzia fol. 78. 1. in Mischna.* Sermo est de asino ad iter simpliciter conducto, & factus fuerit angaria, id est, eo ad opus servile publicum usus fuerit conductor, tunc tenetur abusum domino suo compensare. Distinguit ibi Gemara הוורת אנגריא *inter Angariam redeuntem, id est, ordinariam, quæ sæpè solet præstari, ובין אנגריא שאינה הוורת* *& inter Angariam non redeuntem, id est, extraordinariam operam.* Item: מפני מה נענש אברהם: *אבינו ונשתעבדו בניו למצרים ר' שנים מפני שעשה אנגריא בתלמידי חכמים שנאמר וירק את הנכיו וילדי ביתו* *i. e. Quare punitus fuit Abraham pater noster, ut in servitutem redacti fuerint liberi ejus in Ægypto ducentos decem annos? Propterea quod exercuit angariam cum discipulis Sapientum, sicut dictum est: Et armavit tyrones suos, natos domi sue, Gen. 14. 14. Nedarim fol. 32. 1. Per Tyrones intelligunt institutos & imbutos à se in Legge Domini, quibus serviliter abusus fuit ad militiam.* Item: מפני מה נענש אסא מפני שעשה אנגריא: *בתלמידי חכמים שנ' והמלך אסא השמיע וכו' Quamobrem punitus fuit Asa? propterea quod fecit angariam cum discipulis sapientum, sicut dictum est: Et promulgavit rex Asa in toto Jehuda, &c. 1. Reg. 15. 22. Glof-*

sa, אנגריא id est, עבודת המלך Opus regis: Sota fol. 10. 1. R. David in Comment. 1. Reg. 15. 22. נקיא שעשה אנגריא לתלמידי חכמים ומפני זה נענש והלך וכו' Nemo erat immunis. Fecit enim angariam omnibus sapientibus, & propterea punitus fuit rex Asa, & ægrotavit ex pedibus suis, eo quod ad serviles operas hæc abusus fuerit discipulis sapientum. Item: דוד אבך פרץ פרצות בחומה כדי שיעלו ישראל לרגל ואתה גדרת אותם כדי לעשות אנגריא *David pater tuus rupit rupturas in muro, ut ascenderent Israëlita ad festum magnum: tu verò (rex Salomon) obsepivisti eas, ad faciendum angariam filia Pharaonis, Sanh. fol. 101. 2. David fecerat rupturas in muro, id est, complures aditus fecit populo, ut magno numero commodius possent intrare urbem, & ad tria magna festa, juxta Legem, in Templo comparere: tu verò rex Salomon, obstruis istos aditus, ne populus accedat, abuterisque filia Salomonis quasi ad servile opus, ut sedeat in porta, & omnes transeuntes ei honorem exhibeant, operas suas offerant, & tributum singuli pendant.* Hinc quidam אנגריא hoc loco explicarunt *Tributum, & sic Gerson in sua versione Germanica.* His possunt illustrari loca Evangelistarum, ubi verbo hoc utuntur: ut Matth. 5. 41. *Quisquis te ἀγγαροὶ ad miliare unum, &c. Matth. 27. 32. Hunc ἀγγαροὶ angaria verunt ut portaret crucem. Marc. 15. 21. Præterea ἀγγαροὶ angaria verunt prætereuntem.*

באנגריא *Coactè, Invitus: לא עשה את המצוה באנגריא* *Non fecit præcepta coactè, vel, invitus, לא עשה* *sed hilariter & lubens: Item, לא עשה באנגריא אלא מיד* *Non fecit coactè, sed subitò, Me-drasch Tillim, Pfal. 112.*

אנגרוטינא *Species tributi, idem quod הלך: In Beres. rabba sect. 64. In textu scribitur אנגרוטינא, quod corruptius. In Glossa priori modo. In Jalkut fol. 33. col. 1. אנגרוטינא.*

אנגרובטיס *Bajulus, Gerulus. Videtur esse Græcū ἀγγαροὶ.* Adducit Baal Aruch ex Pesikta. **אנגרמוס** *Præfectus mensuris, Glossa, על תיקון המדות ויש בידו להלקות ולהעניש מעוותי המדות* *Qui præfectus est inspectioni mensurarum, & potestatem habet puniendi falsantes eas, Μετρονόμος. Talm. Hierof. Bava bathra fol. 15. 1. 2. cap. 5.*

אנגר *Folia, tabula, lintea aut similes res, in quibus scriptura pingi, aut penicillis figurari potest: אבל לא ככתב שעל נבי כפיא ואנדוכתרי* *Sed non cum scriptura, quæ sit in faxo aut peplo muliebri, Talm. Gittin fol. 20. 1. Sermo de libello repudii, qui tali modo aut formâ confici non debet. Hinc Munsterus Penicillum interpretatus est.*

133 *Notarii Casarii*: vide דטק אנרסקין

Frons: Tempora, latera capitis ab utraq. frontis parte: Talm. המוציא סיד כדי לסוד אנרופו. Afferens calcem, ad illinendum eam temporibus, ad inungendum tempora, ut scil. pili defluant, Schab. fol. 78. in Misna. In Gemara postea subjicitur: מאי אנרופא אפופא? Quid est Andipha? frons, fol. 80.2. Significat tempora inferiora, (quam partem aliàs vocant צרעא) ubi minutiores pili prodeunt, quos solèt puellæ linimento erodere. Hoc in Sabbatho facere, prohibitum est. Hinc Munsterus explicavit, Ornamentum quod adhibetur temporibus faciei.

אנרופוס Vide supra in אנר, in אנרופוס.

אנרופוס Vide in ordine אנט.

אָרם *Aram, nomen proprium viri, filii Sem,* Gen. 10. 22. à quo deinceps *Aram vel Aramia regio, id est, Syria, dicta fuit.* Fuit & alter *Aram, filius Kemuelis, filii Nachoris fratris Abrahami,* Genes. 22. 21. Hujus posterii in Mesopotamia habitarunt, unde ab eo potius *Syriæ & Syrorum nomen descendit.* Fuit & alius *Aram,* 1. Paralip. 7. 34. Ex *Aram duxit me Balak rex Moabitum, i.e. Mesopotamia Syriæ parte,* Num. 23. 7. Vide Num. 23. 7. & Deut. 23. 4. *Aram sive Syria aut Syri trans flumen, Euphratem scilicet* 2. Sam. 10. 16. *אָרם בית רחוב* *Aram Rechobæ;* *אָרם צובא* *Tzobæa,* 2. Samuel 10. 6. *אָרם דמשק* *Arâ Damescok sive Damascena, Syri Damasceni,* 2. Sam. 8. 5. Ea etiam vocata fuit *אָרם דרמשק* 1. Par. 18. 5. *אָרם נהרים* *Aram Maachæ,* 1. Par. 19. 6. *אָרם מעכה* *Aram duorum fluminum, Syria interamnus, nempe inter Euphratem & Tigrim, Mesopotamia,* Gen. 24. 10. *מלכא דארם* *Paddan Syriæ, Gen. 28. 2. Rex Syriæ, &c.*

אָרמא *Arameus, Aramites, Syrus. Emphat. בת* *Filiam Batuelis Syri,* Genes. 25. 20. *Ad Labanem filium Batuelis Syri,* Genes. 28. 5. *Laban Syrus,* Deuter. 26. 5. *ית נעמן ארמא* *Namanem Syrum,* 2. Reg. 5. 20.

אָרמית *Syriacè, Aramicè:* *לשון ארמית* *Loquere nunc cum servis tuis Syriacè,* 2. Reg. 18. 26. *כתוב ארמית ומתרגם ארמית* *Scriptum Syriacè & explicatum Syriacè,* Esra 4. 7.

אָרמי *Syrus:* *לשון ארמי vel לשון ארמית* *Lingua Syriaca.* *Hinc apud Talmud. R. Jochanan dixit, כל השואל צרכו בלשון ארמי אין מלאכי השרת נוקקין לו שאין מלאכי השרת מכירין בלשון ארמי petit necessitates suas (à Deo) linguâ Syriacâ, angeli ministeriales non adjunguntur ipsi (ut preces ad Deum deferant): nam angeli ministe-*

riales non intelligūt linguam Syriacam, Schab. fol. 12. 2. In Postilla hoc loco, excipitur *Gabriel cancellarius cœlestis, qui septuaginta linguarum fuit peritus, quas etiam legitur docuisse Josephum,* Sota fol. 33. 1. *פּוֹעַם אַרְמִית Syra, Gentilis;* Hinc legitur; *ד' דברים צוה רבינו הקדוש את בנו* *Quatuor res præcepit Rabbenu haccadosch (moriturus) filio suo, quarum una est;* *אל תשב* *Ne sedeas super lectum mulieris Aramææ, Gentilis, propter Historiam Raf Papæ, in Pesachim, fol. 112. col. 2. Historia illa Raf Papæ habetur in Glossa marginali.*

אָרום *Quòd, eo quòd, quia, quoniam, quòd.* Sic in Jonathane in Legem, Targ. Hierosol. Psalmis item Proverb. & Jobo, quasi perpetuò usurpatur pro Hebræo כִּי. Exempla ubique obvia sunt. *אָרום אלהין* *Verumtamen,* Ruth 1. 10. Sed si, Thren. 3. 32.

אָרמית *Solitudo, locus desertus, עֲרֵמִיָּא.* In Kohel. rabbah; *שמו ירמיה שבימיו* *Jeremias;* & quare vocatum est nomen ejus *Jeremias:* quia in diebus ejus facta est *Jerusalem עֲרֵמִיָּא, h. e. solitaria,* fol. 1. col. 2.

אָרמלא *Vidua:* *תבי ארמלא* *Mane vidua in domo patris tui, Gen. 38. 11. Viduam & expulsam, Levit. 21. 14. יתם וארמלא* *Pupilli & viduæ, Deut. 10. 18. דמיא לארמלא* *Similis viduæ, Thren. 1. 1. Emphat. אתתא ארמלתא* *Mulier vidua, 2. Sam. 14. 5. וקבילת ארמלתא* *Et vociferatio viduæ, Jesa. 1. 23. לא יטיב* *Et viduæ non benefacit, Job 24. 21. בסו דארמלתא* *Vestimentum viduæ, Deut. 24. 17. תחומא דארמלתא* *Terminus viduæ, Prov. 15. 25. ולארמלתא* *Et viduæ, Deut. 24. 19. נשיכון ארמלו* *Uxores vestre viduæ, Exod. 22. 23. נשיכון תכלן וארמלו* *Uxores vestre orbæ & viduæ, Jere. 18. 21. ודיניהן דארמלו* *Et judex viduarum, Psal. 68. 6. אמהתנא כארמלו* *Matres nostræ sunt quasi viduæ, Thren. 5. 3. ארמלתא* *Viduas dimisisti vacuas, Hebr. אלקמות, Job. 22. 9. In Hebræo est plurale, unde & in Targum rectè sic legitur, pro quo in Venetis est forma singularis: וארמלתכון* *Et viduæ vestræ in verbum meum sperant, Jerem. 49. 11. ועל ארמלתוהי* *Et viduarum ejus non miserebitur, Jesa. 9. 17. ארמלתהא יסניאו* *Viduas ejus auxerūt in ea, Ezech. 22. 25.*

אָרמלות *Viduitas. Per apocopam, תכל וארמלו* *Orbitas & viduitas, Jesa. 47. 9. Cum affixis, לבושי* *Vestes viduitatis suæ, Genes. 38. 14. 19. וחסורי ארמלותך* *Et opprobria viduitatis tuæ, Jesaia 54. 4. בעדן ארמלותך* *Tempore viduitatis tuæ, Ruth. 4. 15.*

נתארמל *Viduari, viduus vel vidua fieri*, Rab. מלתא דארמלר. Mulier quæ vidua facta fuerit.
 ארמלגוס *Armalgus*, idem quod ארמילוס, quod sequitur. ופירענות ארמלגוס רשעא. Et calamitas Armalgi improbi, Deut. 34. 3. in Jon.
 ארמילוס *Armillus*, Immanis ac ultimus Judeorum hostis & adversarius sic vocatur, qui post Gog & Magog vēturus, gravia bella gessurus, & in iis etiam Messiam Ben Ephraim ipsum, quem Judæi adhuc expectant, occisurus est: sed tandem à Messia ben David flatu, seu nutu occidendus, juxta illud: Et spiritu oris ejus occidet impium, ubi sic habetur in Targū, וּבְמַמְלַל סְפוּתוֹ יְהִי מְאִיר אַרְמִילוֹס רְשָׁעֵי. Et verbo oris ejus morietur Armillus improbus, Jefa. II. 4. in Venetis. Idem cum *Armalgus* præcedenti, quæ appellatio fortè vitiosa est. *Multa apud Rabbinos prodigiosa de hoc Armillo leguntur, quæ licet fabulosa sint; quia tamen rara sunt, & inter signa Messie adventum præcessura ab illis recensentur, quedam testimonia producemus. In libro Zorobabelis (Hebr. סֵפֶר זִרְבָּבֶל), qui Constantinopoli est impressus, & colloquium continet inter Zorobabelem & Archangelum Michaellem: Urbs hæc (verba sunt Michaelis) est Nineve urbs sanguinaria, Roma, inquam, illa magna. Et dixi (verba Zorobabelis) ei; Domine mi, quando erit finis? Tunc accedens ad me, & manibus me prehensens, duxit me בית הַצֹּרֵר in quandam domum irrisionis (Ecclesiā, quæ ignominiosè sic appellatur), ostenditque mihi illic lapidem marmoreum, vel, statuam marmoream, quæ similis erat Virgini illibatæ, quæ virum nondum cognovit, dicens; Quid vides? Cui respondi, Video lapidem quendam, Mulieris formosissimæ similitudinem habentem. Ille verò, qui loquebatur mecum, dixit, Lapis iste, vel, Statua ista lapidea uxor est Belialis, quæ, cum eam cognoscet, cōcipiet, & pariet את ארמילאום *Armilaum*. Hic erit caput omnis Idololatriæ. Atq; verbum hoc prophetia Domini est ad Zorobabelem, &c. *Et mox: Die autem vigesimoprime mensis primi, postquam impleti erunt vastationis Hierosolymæ 990. anni, erit salus Domini, & veniet Menachem filius Ammiel in diebus Armilai, quem pariet Imago illa, &c. Et mox, sub finem libelli: Anno autem septimo florebit radix Isaj, Menachem scil. filius Ammielis, ante cujus faciem surgent decem Reges ex gentibus: Primus erit סֵלִיקוֹס Seleucus & nomen urbis ejus סֵפֶר Sapharad &c. Rex decimus est, אַרְמִילוֹס בֶּן אֲבִן, אַרְמִילוֹס filius lapidis marmorei, qui est in domo turpitudinis irrisorum (Ecclesia Christianorum). Et venient omnes gentes ex omnibus locis, ac stabūt coram**

illo lapide, adolebuntque ei: sed non poterunt aspicere faciem ejus præ nimia pulchritudine ipsius. Hoc autem est signum Armilai filii lapidis: Capillus capitis ejus erit fulvus; & manus ejus usque ad gressus pedum ejus: longitudo faciei ejus spithama: statura ejus duodecim cubitorum, oculi profundi, vertex duplex. Et ascendet, וּמַלּוֹךְ בְּאוֹמִים מְרִינָה הַשֵּׁטֶן אֵב בְּלִיעַל אֲבִיו & regnabit in אומים (videtur mihi legendum esse ברומי in Roma) urbe Satanæ. Pater Beliaal est pater ejus, & omnes videntes eum, contremiscent ab eo. Sed postea veniet Menachem ben Ammiel, à torrente Schittim, ac flabit in faciem ejus, occidetque eum, sicut dicitur, *Et Spiritu labiorum suorum occidet impium*, Jefa. II. 4. Est postea erit Domini regnum, &c. *Clausula hujus libelli est; Hæc sunt verba, quæ indicavit Metatron sive Michaël princeps exercitus, Zorobabeli duci Jehudæ, in medio captivitatis, in diebus regis Paras. In alio quodam libello Constantinop. impressa, ubi Signa Messie proponuntur: Signum septimum: Prodibit Armillus, ex Imagine illa foeminae lapideæ, quæ Romæ est. Dicunt enim, Lapidem pariturum illum. Longitudo ejus erit duodecim cubitorum, latitudo duorum, inter ambos oculos ejus spithamæ distantia: & est Messias filiorum Esau, &c. *Fusus, & magis circumstantialiter hujus monstri historia describitur in libello אֲבֵת רֹכֵל Abhcas rochel, in principio, ubi decem signa prodigiosa commemorantur, quæ adventum Messie præcessura sunt: Ibi signo septimo talis describitur historia. Dicunt, Romæ esse lapidem quendam è marmore, sub forma puellæ elegantissimæ, non arte manus humanæ, sed virtute divinâ sic fabrefactum. Ad istam puellam homines improbi & nequam accedent, libidinem cum ea exercentes, donec arcanâ quadam & stupendâ virtute in ea concipiatur foetus humanus, qui tandem suo tempore sub specie infantis humani ex ea erūpet, & nominabitur אַרְמִילוֹס אַדְוֶרְסָרִישׁ *Antichristum*. Longitudo ejus erit duodecim cubitorum, latitudo totidem. Intermedium oculorum ejus spithama: oculi profundi & rutilantes. Capillus capitis coloris aurei: plantæ pedum virescentes: vertex duplex. Adultus veniet ad improbiores è populo, dicens, מִשִׁיחַ אֲנִי מֶשִׁיחַ מֶשִׁיחַ אֲנִי מֶשִׁיחַ MESSIAS ego sum, ego sum DEUS VESTER. Ipsi statim fidem ei adhibebunt, credent in eum, & regem ipsi suum constituent, eique adhærebunt omnes de posteritate Esau. Ipse autem omnes provincias subigens, sibi que subjiciens, homines hoc modo allocuturus est: Afferte mihi Legem meam quam vobis dedi.**

Ipsi autem afferent ei תפלותה precatoria sua al-
ligamenta. Verum est, inquiet, me hæc vobis
dedisse. Credite ergo in me, nam ego sum Mes-
sias vester. Credent in eum. Eadem ipsa hora
mittet ad Nehemiam filium Husielis, & ad uni-
versum populum Israël, dicens: Afferite mihi
Legem vestram, meque, Deum vestrum esse,
publicè profiteamini. Ipsi verò adhæc obstu-
pescēt. Tunc Nehemias iste Husielis filius cum
triginta millibus fortissimis viris Ephraimitis
prodiens, accipiet Librum Legis (Mosis) ac le-
get coram ipso: EG O sum Dominus Deus tuus,
non erit tibi Deus alius coram me. Responde-
bit ipse: Nequaquam hoc in vestra Lege extat:
quinimò vos accedite, & me Deum esse profi-
teamini, ut aliæ omnes nationes fecerunt. Nehe-
mias ipsi se opponens, dicet ad populum: Capi-
te & ligate eum. Sic cum triginta millibus suis
eum bellicosè aggrediens, trucidabit ab ejus
parte ducenta millia hominum. Armillus im-
pius ingenti ob id irâ inflammatus, colliget om-
nium gentium vires לעמק החרוץ in vallem
concisionis sive exitii (de qua Joel. 4. 14.) infini-
tamque stragem Israëlitaë in ejus exercitu da-
bunt, paucissimis ex Israëlitis cæsis, in quibus
cum ipsemet Messias DOMINI futurus sit, pro-
tinus venient sancti Angeli, ac corpus ejus cum
Patribus mundi sepelient, Israëlitis mirum in
modum inde consternatis. Armillus autem e-
jus rei planè ignarus, clementior erit: quod si
enim id sciturus esset, ne unum ex iis supersti-
tem relicturus esset. At gentiles mox omnes
Israëlitas persequentur, eos ex omnibus suis pro-
vinciis expellentes, nec quemquam ultra apud
se commorari patientur. Vide plura ibidem.
*Paulò aliter forma ejus describitur in מדרש וישע (est
Homelia super Historiam liberationis ex Ægypto,
Constantinopoli impressa):* Post eum (scil. Gog &
Magog) surget Rex impudentissimus, & bella
geret cum Israëlitis tribus mensibus. Nomen
ejus est Armillus: hæc autem signa ipsius: Erit
calvus: oculus ejus unus parvus, alter major:
brachium dexterum instar palmæ, alterum duo-
rum cubitorum cum dimidio: in fronte ejus e-
rit lepra: auris dextera clausa, altera aperta.
Cum quis ad eum bona locuturus, veniet, por-
riget ei aurem occlusam: sed si quis velit mala
ipsi dicere, obvertet ei aurem apertam. Ascen-
det autem Hierosolymam, & occidet Messiam
Ben Joseph, sicut dicitur, *Aspicient ad me, quem
transfixerunt, plangentq̄ super eum, Zach. 12. 10.* Sed
postea veniet Messias Ben David in nube, sicut
dicitur; *Et ecce cum nubibus cæli tamquam filius
hominis, Dan. 7. 12.* Et mox: *Et ejus erit potentia, &*

*gloria, & regnum: & occidet Armillum im-
pium, sicut dicitur; Et spiritu oris sui interficiet
impium, Jesa. 11. 4. &c. Don Isaac Abarbenel in
מעני השועה scribit: Tradiderunt Rabbini no-
stri; Primò revelabitur Messias ben Ephraïm,
& bella gessurus est cum gentibus venienti-
bus contra Hierosolymam, sed in bello occum-
bet. Post ipsum autem surget Messias ben Da-
vid, & cædet inimicos, & ארמילוס principem
sive Ducem copiarum Christianarum, sicut
Gog Dux erit exercituum Ismaëliitarum. Phi-
lippus Aquinas exponit מחריב העם Vastatorem po-
puli, q. d. ἐρημόλαος, ab ἐρημός Desolo, Vasto, &
λαός Populus.*

ארימון. Adducitur hoc loco ab Aruch. In no-
stris libris legitur ארדימון. Vide supra in ordine
ארר, in ארדימון.

ארמניו Nomen montis, in quo arca Noe, mense
Martio, decimosextimo ejusdem, capit quiescere: ושום
ארמניו Et nomen montis alterius erat
Arminia, ubi ædificata est קרתא דארמניו urbs
Arminia in terra orientis, Genes. 8. 4. in Jonath.
Hinc in Vulgata Latina versione: *Requievitq̄
arcamense septimo (id est, Martio) vicesimosextimo
die mensis (contra Targum antecedens, quod
habet בשבטרי Decimosextimo, & contra He-
bræum, בשבעה עשר) super montes Armenia.* Vide
Fullerum cap. 4. & Notas Junii, Druſ. in Genes.
cap. 22.

ארמניא Armenia. ארמניא ארמניא
terra Armeniæ, Thren. 4. 21.

ארן Ad portan-
dum arcam ipsam, Exod. 25. 14. בעוקת ארן
In annulis arcæ, Exod. 25. 15. וארן דר Et arca
Domini capta fuit, 1. Sam. 4. 11. Et im-
pones arcam, Exod. 25. 16. ושמיהו בארן Et posue-
runt eum in arca, id est, feretro, loculo, Gen. 50.
26. וארן קימא דר Ad arcam, Josuæ 8. 33. וארן
Et arca fœderis Domini, Num. 10. 33. ארון קימא דר
Arca fœderis Domini, Jerem. 3. 16.

ארנא Ornus arbor. ארנא ארנא
ornum, Hebr. ארן, Jesa. 44. 14. ארנים וברושים
Orni & fraxini, Rab. Parah cap. 7.

ארונים Lauri, Talmud. Schab. fol. 23. 1.

ארנבא Lepus, Hebr. ארנבא Levit. 11. 6. Apud
Rabbinos, צמר ארנבים Lana leporum, id est, le-
porina, pili leporini, qui usum præbent lanæ
mollissimæ.

ארנון Arca vitri, id est,
vasorum vitreorum. Sic adducitur in Aruch
ex libro Tanchuma sive Jellammedenu. At ibi
in princ. libri Num. sect. 1. vox ארנון non legi-
tur. Alibi autem in eodem lib. sect. 1. שלח לך
דומרה לבעל הבית שהיה שוקל ארנוניות וכותב
אנפריות

Simile est patrifamiliâs, qui accipiens ar-
cas, conscripsit merces.

אַרְנוֹנָה *Decimatio, Decimæ, reditus annui, tri-
butum frumentarium & agrorum*, Talm. פוק וזרעו
Egredimini & seminate pro-
pter reditus, Sanhed fol.26.1. Glossa R. Salom.
Tributum quod le-
vat rex ex reditibus frumentariis, tot & tot mo-
dios de agro quotannis. *Item Vectigal transeun-
tium, quod in Esra dicitur הלך הלך* Esra 4.13. *Hinc in
Gemara, ארנונה*, Bava bas. fol.8.1. Glossator tamen hic
exponit תבואות והבהמות id est, Decimæ pro-
ventuum & bestiarum de anno in annum. Plur.
Medrasch tehill. fol.24. col.4. Munster-
us addit, significare etiam *Fabam venalem*. Cave
credas. Apud Talmudicos est, ארון של גרוסות
Arca molarum, id est, farris moliti, fabarum
contusarum in farinam, Kelim cap.12. גרוסות
Fabæ molite, פולים טחונים ut Hebræi loquuntur,
& מוכרי פולים vendentes fabas, quod fiebat
parvis arculis. Hinc Munsteri interpretatio
deprompta.

אַרְנוֹן *Fluvii nomen*, Exod.15.16. ית
Flumen Arnon, Deut.2.25.

אַרְנָסָה *Colus, instrumentum muliebre, de quo
penfa trahunt, lanam scilicet vel linum*, Rab. Vide
Aruch. Non sic in Gemara. Ibi disputatio de
arcula sive pixide aromatariorum,
si quis eam in sabbatho portet aut ponat in limi-
ne januæ, ac repleta sit diversis aromatibus con-
tusis, aut aromatibus longiusculis, veluti radici-
bus aut ligno cinamomi. De tali pixide Gema-
ra dicit, הכא במאי עסקינן באורנסי Hic (in diversa
repletione istius pixidis) quid agimus? באורנסי
De aromatibus oblongis, i. e. si talibus arcula
ista repleta sit, non licet eam portare ad limen
vel extra limen ædium. Glossa באורנסי id est,
Fasciculi radicum longarum, שרשים ארוכין
aut calamus vel cortex cin-
namomi, Schab. fol.91.2.

אַרְנָקָה *Crumena, Loculus, Marsupium*:
Sacculus, Talm. שררא ארנקה דיניי Mittebat lo-
culos numorum, repletos numis, Bava basra
fol.8.1. אלא נותני לתוך ארנקה של צדקה Sed infert
eas (pecunias inventas) in sacculum eleemosy-
narium, Bava basr. fol.8.2. ליתב לארנקה של צדקה
Inferenda est in sacculum eleemosynarium,
Ba. bas. fol.10.2. Et diffidit fac-
culum cerebri ejus, id est, cutem, in qua cere-
brum quiescit, Berach. fol.19.1. בארנקה שחורה
In marsupio nigro, maculato vel trito; alter ait
בארנקה לבנה In marsupio albo, id est, novo vel
nondum trito, Sanhed fol.30.2. Ex מארנקה חדשה

sacculo vel marsupio novo dedi eam tibi: alter
ait, מארנקה ישנה ex marsupio veteri dedisti mihi,
Bava metzia fol.45.2.

אַרְסָה *Desponsare. Semel cum ש ut Hebraicè.
Præteritum, דארש אתהא Qui desponsa-
verit uxorem, Deut.20.7. דארסית לי Quam de-
sponsavi mihi, 2.Sam.3.14. Particip. דארסא
Quæ non est desponsata, Deut.22.28. דמארסא
Quæ desponsata fuerit viro, Deut.22.23.25.
Futur. אתהא תירוס Uxorem desponsabis, Deu-
teron.28.30. Passive, נתארס, התארס Desponsari,
משנתארסה Ex quo desponsata fuit, Rab.*

אַרְסוּת *Desponsatio, Sponsalia: סעודת אירוסין Con-
vivium sponsaliorum, Rab.*

אַרְסָה *Venenum: ארסא דחויא Venenum ipsis est sicut venenû serpentis, Hebr.
Venenum ipsi est sicut venenû serpentis, Hebr.
ארסא דעקוביתא Venenum aspidis, Psal.140.4. וקטלן בארסאון Et interficiunt
veneno suo, Cant.2.14. דמלן ארסין בחיין Qui re-
pleti sunt veneno, instar serpentum, Deuter.32.
24. in Jonath. ארס של נחש Venenum serpentis: כארס בכעוס Sicut venenum
in serpentem iratum, Schab. fol.62.2.*

אַרְסוּת *Venenatum, Veneficum, ex veneno confe-
ctum: נחש ארסי Serpens venenatus: Concord.
Hebr. in rad. אפע.*

אַרְסָה *Hortulanus: ארסי נטיר Hortulanus: היכמה דארסי נטיר
Sicut hortulanus custodit vineam, i. e.
Vinitor, Cant.8.11. כארסי Sicut hortulanus. Hoc
adducit Elias ex Deut.23.25.26. sed hodie in li-
bris nostris non extat. Plurale, ארסיי Et
sicut hortulani, Job.29.23. והארסיי Et hortulani,
qui hortos curant & colunt, pro aliqua parte
fructuum, Bava basra fol.42.1. Item Hospites,
Convivæ, in Vajikra rabba sect.28. בנין מה את לא
Quare non sinis hospites, ut
comedere possint?*

אַרְסוּת *Hortorum & agrorum cultura: Item
Commessatio, Compotatio, Exhilaratio convivialis:
הא בארסותא והא בפורענותא Illud in lætitia con-
vivali, istud in tristitia calamitosa, Moed katon
fol.22.2.*

אַרְסוּת *Herba latis foliis, Arabicè ששנבר
& scribit Majemon, vulgò Menta. Aruch vult
esse Zinziber. Alius vult esse herbam, cujus semen
quando maturuit, sonum edit ut tintinabulum, He-
braica verba sunt, מיש הורע כמין, הוא עשב בשמוריע
id est, Est herba, quæ cum semen facit, stre-
pitum edit semen ipsum quasi quoddam tinti-
nabulum. Nempe quando semen benè matu-
rum, in siliqua sua concutitur. Hæc Guido ma-
lè interpretatus est.*

אַרְסוּת *Tympanum, aut aliud instrumentum musi-
cum, tympano simile, vel Tintinabulum, Talm. מאי*

Quid est Erus? dicit R. Eliezer, Tabula unius oris, Sota fol. 49. 2. R. Salom. Tabula vel instrumentum unius oris, id est, *Tintinabulum*, cuius usus est in tabernis vini & locis conviviorum. Alius dixit esse, quod vernaculè dicitur sive Gallicè *Tambour*, *Tympanum*, quod duobus bacillis pulsatum, fortem edit sonum. *Alibi*; In bello Vespasiani decretum ediderunt, על עטרות התנים ועל, super coronis sponforum & super tympanis, quæ scil. pulsari solebant in nuptiis, & tempore belli istius ista fuerunt prohibita, Nidda fol. 61. 2. R. Sal. hîc rursus explicat זוג המקשקש *Tintinabulum* sonum edens. Legitur & in *Kelim* cap. 15. in fine.

Desponsatio, ut paulò antè.

Capistrum, *Catena*: רמו ליה ארוסא בצואריה *Capistrum*, *Catena*: Injecerunt ipsi catenam in collum ejus, Talm. *Jevam*. fol. 46. 1. Alius explicat קביסטרו *Capistrum*. Scribitur & ארויסא, quod fortè debet esse ארויסא. Ita legitur quoq. ארויסון, *pro Ornamenti cuiusdam specie*, in *Debhar*. rabba sect. עקב fol. 292. 3. Cui rei simile est hoc? Regi, qui duxit matronam quandam, והכניסיה לו שני ארויסין אף, quæ cum adferret ipsi duo ארויסין וקף לה שני ארויסין וקף לה שני ארויסין *κλωδία*, &c. Glossator dicit, *authorè libri Ake-da exponere הפצים clinodia, vel תכשיטין ornamenta: alios, Catenas.*

Nomen proprium proxenetae cuiusdam apud Talmudicos: אריסטון הביא בכורים מאפמיא *Ariston* adduxit primitivos fructus ex *Apamea*, *Challa* cap. ult. *Videtur etiam esse nomen appellativum*, Quidam *Ariston*, sive *proxeneta* quæ sivit coram *Rabbi*, Talm. Hierof. *Jevammoth* cap. ult. in fine. *Glof.* שם איש סרסור.

Prandium. *Græcum est ἀριστον, ab ἀριστέω* *Prandeo*. *Hebræi scribunt plerumq. cum duplici ו, quod efferunt ארסטון. Sumunt pro convivio, sive sit Prandium, sive Cæna, quæ Græcè est δειπνον, quod in Aruch scribitur דיפנון. In Medraschim frequenter usurpatur לעשות: אריסטון גדול עתיד הקב"ה לעשות: Convivium magnum instructurus est Deus justis in seculo futuro, Vajikra rab. sect. 13. Vesperi fecit ipsis convivium, Medrasch Echa cap. 1. vers. 1. Quoniam שאריסטון גדול מתוקן לכם לעולם הבא prandium magnum paratum est vobis in seculo futuro, Psal. 18. in Medrasch. In Aruch manuscripto notatur in margine, Genes. 43. 25. עד בא יוסף בצרהרים, transferri in Targ. Hierosolymitano, בארסטונא, Ad prandium.*

Dominator, Præfectus, Præses: ר' יונה *Dominator, Præfectus, Præses*: R. Jona, & R. Jose transiverunt coram Præfecto in Antiochia,

Talm. Hierof. Berach. cap. 5. הוא ארסקינס אוקיד *Præfectus ille combussit Legem Cimbrorum*, Talm. Hierosol Megilla cap. 3. Legitur & in *Jom tobh* cap. 1. Glossa ubique exponit שלטון *Dominator*. Videtur esse corruptum ex ארכוניס, de quo supra.

Arce *Incidere, Occurrere, Evenire, Contingere, Accidere, Obvenire. Idem quod ערע, quomodo cõmuniùs scribitur, א, ab initio Hierosolymitanè præcipuè usurpatur. Præteritum, וארע מלאכא ריי, Et incidit in eam, occurrit ei angelus Domini, Hebr. ויפגשוהו Exod. 4. 24. in Jonath. & sic sequentia in eodem. וארעיה בטורא Et obvenit ipsi in monte, Exod. 4. 27. דארעית In quem incidi, Genes. 33. 8. וארעו ית משה Et obvenerunt Mosi, Exod. 5. 20. Hebr. ויפגעו, cui verbo rariùs respondet. Participium, טבון וקשוט ארעין Benignitates & veritas sibi obveniunt, Hebr. נפגשו Psal. 85. 11. Futurum, לא תארע לך בישתא Non obveniet tibi malum, Psal. 91. 10. דלמא יארע יתן Ne fortè obveniat eis, Exod. 5. 3. יארע ית כולהון Obveniat, eveniet omnibus illis, Eccles. 2. 14. Veneta hîc mendosa sunt. ויארעניה מותא Et eveniat ei mors, Heb. ויקראהו, Genes. 42. 38. *Ithpehal, אתארע Obviam fieri. Futur.* ונא אתארע עד הכא Ego autem hucusque obviam veniam, Num. 23. 15. *pro Hebr. אקרה.**

Occursus: נפקית לאורעד *Egressa sum in occursum tuum*, Prov. 7. 15. Hebr. לקראתך, cui *Nomini aliàs raro respondet.*

Casus, Eventus, Accidens, Occursus: לאורעות רדפי *In occursum persecutorum meorum*, Psal. 35. 2.

Idem: ארעון חר יארע ית כלהון *Eventus unus accidet omnibus illis*, Eccles. 2. 14. ארום ארעון אנשא תבא וארעון בעירא מסאבא ארעון חר לכולהון *Nam casus hominis impii, & casus bestiaë immundæ, casus unus erit omnibus illis*, Eccles. 3. 19. בארעון שאול בר קיש *Sicut eventus Saulis filii Kis*, Eccles. 2. 15.

Idem: וארע ארעהא *Et evenit eventus ejus possessio agri, id est, fortè contigit ei portio agri*, Hebr. ויקר פקרה, Ruth. 2. 3.

Eventus, Casus: R. Salom. Num. 14. 45. נקרא על שם המאורע *Hachorma est nomen loci המאורע* dicti sic ab eventu, ab excidio scilicet & intereptione populi.

Occursus: שויתני למארע *Posuisti me in occursum tibi*, Hebr. למפגע, Job. 7. 20.

Convocare. Communiter id dicitur ערע, ut ibi explicabitur: דתארעון יתהון *Quo convocabitis eos*, Levit. 23. 2. in Jon.

Convocatio, cætus convocatus: מארעי קדיש *Convocationes sanctæ*, Levit. 23. 2. in Jon.

Terra, Regio, Hebr. ארץ, literá ארעא

in y commutatâ. ארעא ית שמיא וית ארעא Coelum & terram, Genes. 1.1. ארעא וארעא Coelum & terra, Gen. 14.19. עפא דארעא Populus terræ, Genes. 47.13. ית כל ארע חויליה Omnem terram Chavilæ, Gen. 2.11. הו ארעי קרנד Ecce terra mea ante te est, Gen. 20.15. Sic ארענא Terra nostra, ארעד . ארעד Terra tua, ארעיה terra ejus, ארעם terra ipsorum, &c. Plur. ארעון, & *emphat.* ית כל ארעא האלין Omnes terras has, Gen. 26.3. בארעא In terras, ארעא Ex terris, בארעתהון In terras ipsorum, Gen. 10.5. ארעא עממא Terras populorum, Psal. 105. 44. ארע Infra: ארע מנד Inferius te, infra te, Dan. 2.39.

מדרין ארעאי *Imum, Inferius, Infimum. Plurale.* ארעאן Mansiones, Habitacula infima, Hebr. Genes. 6.16. Et inter aquas inferiores, Gen. 1.6. in Targ. Hieros.

ארעיה *Idem:* ארעיה נבא Ad imum foveæ, Dan. 6.24. ארעיה ביתא Ab imo, id est, solo domus, Hebr. מקרקע הבית. Reg. 6.15. ארעא In imum terræ, Psal. 63.10. In Hebræo est plurale, בתחתיות, unde & pluraliter pro eo legi possit, בארעיה. Sic & mox, ארעיה Ex sepulchro infimo, Hebr. משאול תחתיה. Psal. 86.13. Sic ארעיה לנבא Fossæ inferiori, Psal. 88.7. Sic, ארעיה מן גוב ארעיה Thren. 3.55. ארעיה In terra infima, Ezech. 26.20. ארעיה ארעיה Pavimentum inferius, Hebr. הרצפה. ארעיה Ab infimo ad superius, Ezech. 40.18. ארעיה ארעיה מהתחתנות Ex imis & medianis, Hebr. מהתחתנות Ezech. 42.5.6. In Venetis est forma singularis. Vide & mox.

ארעא *Idem:* ארעא בית חרון Bethchoronis inferioris, Jos. 16.3. & 18.13.

ארעא *Pustula sub pede ex incessu super terram nata, unde vocatur à Talmudistis Filia terræ, id est, à terra generata.* In Mischna, יוצאה בסלע שעל Egreditur cum moneta sicli super pustula; id in Gemara explicatur, מאי צינית ברת, ארעא, Schab. cap. 6. fol. 65. 1. Pustulam sub pede habens, ligabat super ea monetam peculiarem signatam, quâ curari credebatur. Cum tali nummo alligato, in sabbatho exire licet, in quo aliâs quicquam oneris ferre prohibitum est.

ארעיה *Apis, Crabro. Aliâs communiùs scribitur cum y ab initio, ut est suo loco. Plurale,* ית מחרת ארעיה ארעיה Et plagam crabronum pungentium, Hebr. צרעה, Deut. 7.20. in Jon. היכמה דחרדון Sicut pungunt & dolore afficiunt crabrones, Deut. 1.44. in Jon. pro Hebr. רבורים Apes. R. David scribit Josuæ 24.12: Translatio Chaldæa nominis Hebræi ארעיה est ארעיה (hoc loco tamen in Targû scribitur cum y ab initio.)

Quare autē vocatur nomē ejus ארעיה? שעומדת Quia stat contra hominem, & pungit eum in faciem ejus. Nam Hebræum קרה transfertur in Targum per ארע. Ergo ארעיה sic dicitur ab Occurrendo, resistendo & opponendo se.

ארעיה *Cranium, Tal.* ארעיה דמוחיה Donec mollesceret (id est, comprimeretur ex onere, quasi molle esset) cranium cerebri ejus, Kethu. fol. 77.2. Glof. גלגלתו.

ארעיה *Infundibulum mole, supernè latum, infernè in angustum descendens:* ארעיה ארעיה Infundibulum si sit ex materia fusili, pollutum censetur, Kelim cap. 14. Talm.

ארעיה *Idem, Talm.* ארעיה ארעיה עשה אונד כארפכסת וקנה לך Fac aurem tuam instar infundibuli, & compara tibi cor intelligens ad audiendum, Chagi. fol. 3.2. R. Salom. vernaculè, id est, Gallicè exponit טרימוייה La tremue. Quidam, Vas irrigatorium hortense exponunt, supernè oris angusti, infra foraminosum. Vide etiam supra in ordine ארעיה, in ארעיה.

ארעיה *Porta.* Guido ex Medrasch Tillim, Psal. 68. Nugæ. Locutio ibi de quodam præstigiatore, qui arte magicâ quærebat effodere thesaurum pecuniæ. Videns hoc Asmedæus, risit, inquiens: Iste stultus obambulat quærens thesaurum præstigiis, & nescit, thesaurum regis Salomonis infra se, eodem loci ubi stat, reconditum esse. Hinc verba istius loci sunt, חזא חזוא Videbat istum præstigiorem, qui præstigiis utebatur propter thesaurum, ridebat, scil. Asmodæus. Aleph initiale in ארעיה servile esse puto. ארעיה ארעיה aliâs Panem significat: quid hîc sit, non satis liquet. Esse autem hîc de thesauro locutionem, manifestum est ex Talm. Gittin, fol. 68. ubi eadem historia prolixè describitur, & ex lib. Maase, historiâ 105. ubi Germanicè explicata est.

ארעיה. Sic adducit hîc illud author Aruch: ארעיה ארעיה vide id in ארעיה. Guido pro eo posuit ארעיה, exponens, *Aperire multum oculos.* Malè.

ארעיה *Ligones, Pale ad fodiendum:* ארעיה ארעיה Eradicant, radicitus evellunt ea ligonibus, Talm. Schebhi. cap. 5.

ארעיה *Terra.* ארעיה Terrestre, terrestre. ארעיה ארעיה Corpus terrestre, Rab.

ארעיה *Qui di שמיא וארעא לא עברו:* ארעיה ארעיה Terra coelum & terram non fecerunt, Jere. 10. 11. In Beres. rabba sect. 13. Quatuor nomina terræ indita sunt, nempe ארעיה ארעיה ארעיה ארעיה, eaque juxta quatuor revolutiones solis, duo scil. solstitia, & duo æquinoctia. ארעיה ארעיה Juxta Tekupham Nisan, id est, æquinoctium mensis Mar-

tii, מריצה את פירותיה, quòd facit currere fructus ejus. Juxta solstitiũ æstivum, שהיה מתבלת את פירותיה quòd percoquit fructus ejus & quasi conditos reddit. ארמה juxta æquinoctium Septembris mensis, שהארץ עשויה בולין בולין של, quòd tunc in meras glebas resolvitur terra. ארקה juxta solstitiũ hybernũ, שהיא מורקת, quòd flavos reddit fructus ejus. Frigus enim depellit eos à virore suo. In Medrasch Mischle fol.67.col.3. Decẽ nomina habet terra, ארץ ארמה ארבה יבשה ארקה תבל חלד ראשית ארץ quia filii hominum currũt in ea: ארמה, quia ex illa creatus est Adam primus, &c. In libro celebri cabalístico *Hortus nucis* (גנת אגוז) parte 2. sect. De septem mansionibus sive conclavibus aut habitaculis gehennæ, legitur: Dicunt Rabbinii nostri: Pœnæ peccatorũ gehenna est, cujus septem sunt conclavia. Quodq; conclave juxta peccatum cujusq; peccatoris, unum infra aliud. Hæc vocantur, Gehenna, Portæ mortis, Portæ umbræ mortis, Puteus corruptionis, Lutum cæni, Perditio. Infimum est שאול Infernus. Locus universa hæc complectēs, vocatur ארקה. R. Moses Bar Nachman dixit, ארקה infimè omnium esse, &c. Meminit horum Reuchlinus libro primo Cabalæ.

Legitur Esth.1.3. in ænigmate tertio, quod regina Sabæ regi Salomoni proposuit. Quid sit, non fatis liquet. Videtur esse *Camabis*, aut *Linum*, ut ex sequentibus colligi potest. Totum ænigma à rege de Lino explicatur, quod dum crescit, incurvat caput, instar כפרה ואגמון rami & junci. Leguntur ista duo Jesaiæ 9.14. ubi R. Sal. vernaculâ Gallicâ linguâ exponit ארקולור. Ne hoc mihi liquet.

Corrigia, Lorum. Communiũ scribitur cum y ab initio: ארקתא דמסנא Corrigia calcei, Talm. פנתא מעל וארקתא מעל דמעל. Obstragulũ est supra (i.e. superior pars calcei) & corrigia est supra supra, id est, supra obstragulum, Jevam. fol.102.1. Hic locus aliter citatur in Aruch.

Idem, sed ornatior, Talm. Schab. fol. 59.2. Baal Aruch in קמר tertio, locum hunc citans, scribit, ופירוש רוקתא מטלית שעושין מעשה אורן, וקובעין עליה חתיכות של כסף ושל זהב ומדמין אותה לטלת hoc est, Et explicatio vocis ארקתא est, Pallium vel velum quod conficiunt opere textili, & inferunt ei frusta auri & argenti, æquiparantque illud Pallio deaurato, & licito in Sabbatho. Videtur Baal Aruch & ab initio fecisse servile.

Vermes hepatis, qui hepar infestant & vitiant: ארקתא למאי אכלי לה לארקתא Ad quid come-

dunt eam, (id est, istam herbam)? ad vermes hepatis, contra vermes hepatis, Schab. fol.109.2. תולעים שבכבד. Glof.

Sic adducitur in Aruch. Talmud hodie habet אלקפסא, quod vide supra in ordi- אלקפסא.

Hebr. *Maledicere, Execrari.* Hinc citat Baal Aruch ארורה pro *Cadavere, Morticino*, q.d. Animal maledictum & mortuum sine benedictione. Sed in nostris libris legitur ערורה. Vide in ערר.

Deinde ארורה exponit *Idolum*, ex Avoda Sara fol.51.ו. ובני נח הוי' לגבוה בכמה דידהו לארורה וזו Filiis Noæ visum est altum facere altare suum idolo isti.

Armorium genus, quo homo occidi potest. In Gemara; Hic dicit, בארץ בסיף gladio occidit ipsum, & iste dicit, וזה אומר בארץ הרנו, hastâ occidit ipsum; horum testimonium rejicitur, Sanh. fol. 30. 2. & fol. 41.ו. Utrobiq; R. Salom. vernaculè exponit יוש רמא quod non intelligo. *Securis, bipennis, aut simile.*

Maledictio, ab Hebræo ארר Maledicere. Est, à Nomine Hebræo מֵאָרָה *Maledictio:* מתנר Mercedem accipit in maledictionem, Hag. 1.6. יגיד יי כד ית מארתא Excitabit Dominus in te maledictionem, Hebr. מארה, Deuter. 28. 20. R. Salom. Hebræum מארה exponit חסרון Defectus, Penuria. Sic Aben Esra Malach. 3.9. מאר.

Hinc videri possit אריש, Proverb. 4.15. Sed Aleph est ex Aphel, à רוש vel רשש. Vide ibi.

Avis nomen, que nunquam moritur, אורשינא Sanhed fol.108.2. *Phenix*, quam volunt חול vocari, Job. 29.18.

Convivium. Sic adducit Aruch, sed in Gemara legitur אריסותא, de quo supra in ארס. Possessio, Talm. Ba. bas. fol. 55.ו. Significatio est ארש.

Desponsare, Hebr. Hinc Nomen ארישות *Desponsatio.*

Pistrinum, ארתוקופיון ארתא in Medr. Schem. sect. 19.

Vide supra in ארה.

Ignis: חק אשא דבערא Sicut ignis ardens in sylva, Pl. 83.15. Et ardor sive incendium ignis, Genes. 15. 17. *Emphat.* In flamma ignis, Exod. 3. 2. Et ignis in flammam succensus erat, Exod. 9. 24. *Const.* אשת רוגי Ignis iræ meæ, Ezech. 38. 19. באשרת פורענותי In igne vindictæ meæ, Ezech. 21. 31. Cum Aff. ית אשתיה רבתא Ignem ejus magnum, Deut. 4. 36. וַאֲשֶׁתְּהוֹן לִי תַטְפִּי Et ignis

ignis ipforum nō extinguetur, Jefa.66.24. Apud Rabbinos, שש אשות הן Sex ignes sunt: Ignis comedens & non bibens, & contra, bibens & non comedens, &c. Joma fol.39.2.

אש Ignis.

אשתא Febris, à calore vel ardore sic dicta: אשתא בת יומא Febris quotidiana, continua, singulis diebus obveniens, ephemera, Talm. Schab.fol.66.2. אשתא תלתא Febris tertiana, Schab.fol.67.1. אשתא צמרתא Febris ardens, ibid. אשתא דסתוא קשה מדקיטא Febris hyemalis gravior est febrī æstivali, Joma fol. 29.1. Ut enim fornax in hyemali frigore plus lignorum postulat, ut calefiat, quàm in æstate: sic febris in hyeme majorem calorem concipit, corpusque magis incendit.

אשא Sic adducit hoc loco Aruch, sed in Gemara scribitur אסא: vide id suo loco. Munsterus hic ponit, אשא aliàs אכסא Senex, Stultus. Perperam: nam אשא & אכסא non sunt idem, sed diversa, & אשא est Senex, אכסא Stultus. Illud autem hodie scriptum legitur אסא, ubi vide exemplum.

אשב Fovea, Fossa, Fissura, quasi Fractura dicta, à שבר: Vide illic.

אשד Fundere, Effundere, idem quod affine verbum אשא, de quo suo loco. Respondet plerumque Hebræo אשד. Præteritum, אשד דמא אשד Sanguinem effudit, Lev.17.4. אשד דמא אשד Quia effuderunt sanguinē innoxium publicè, Ezech. 24.8. Joel.3.19. Plur. fem. אשדא Manus nostræ non fuderunt sanguinem, Deuteron.21.7. Participium, אשד דמא Fundens sanguinem, Heb. אשד, Ezech.18.10. אשד דמא אשד Fundens sanguinem, tanquam aquam, Prov.17.14. Plur. אשד דמא Fundunt sanguinem innoxium, Hof.6.8. אשד דמא אשד Scortantes & fundentes sanguinem, Ezech.16.38. Libri habent אשדא. Sed hæc forma est constructorum in genere fœminino plurali. Deinde præcedit rectè אשדא, ad quam formam in ך etiam hoc legi debet. Imperativus, אשדו דמאון Fundite sanguinem ipforum, Joel.3.13. Futurum, אשדו שותי Effundam coram eo eloquium meum, Psalm.142.3. אשדו שותי Omnem autem sanguinem fundes ad imum altaris, Exo.29.12. אשדו שותי Et fundes in terram, Exo.4.9. אשדו שותי Super terrā fundes eum, Deut.12.16. אשדו שותי Fundet ad fundamentum altaris, Levit. 4.7. אשדו שותי Non fundetis sanguinem, Gen.37.22. אשדו שותי Qui effusus est in ea, Num.35.33. אשדו שותי Qui effusus est in medio ejus, Ezech.24.7. Exemplaria habent Patach sub א, quasi ex Ithpahal. Particip. אשדו שותי Quæ effunduntur in terram, 2.

Sam.14.14. Et contractè, אשדו שותי דבתולתהון מתשר Sanguis virginum ipsarū funditur, Thren.1.15. Infinitivus, אשדו שותי Ut effunderetur in ea sanguis innocentum, Thren.4.13. Futurum, אשדו שותי Ne effundatur sanguis meus in terram, 1. Sam.26.20. אשדו שותי כד יתשר נפשהון Quando effunditur anima ipforum in fame, Thren.2.12.

אשדו שותי Effusio: אשדו שותי אשדו שותי In locum effusionis cineris, Lev.4.12. Heb. אשדו שותי.

אשדא Fulcrum, Sustentaculum: Axis. Plurale, אשדא Et axes rotarum, Heb. אשדא Et manus, manubria. Quidam, אשדא Axes ejus, 1. Reg.7.35. אשדא Et fulcra hinc & inde, Hebr. אשדא Et manus, manualia fulcra, 1. Reg.10.19. אשדא In latere fulcrorum, ibid.

אשה & quæ plura ab his formis descendunt, vide supra in אשה.

אשה Fufus, instrumentum muliebri, cui fila neta circumvolvuntur, Talm. Tangens lanam, אשה שעל אשה quæ est in colo aut in fuso, Kelim cap.21.

אשוא Talpa, Levit.11.30. pro Heb. אשוא, quod R. Salom. vernaculè interpretatur אשוא Talpa: אשוא הדיך נפולא ואשוא Sicut abortivum & talpa, quæ cæca sunt & non vident solem, Hebr. אשוא, quod paraphrastes vult esse pro אשוא, in Psalm.58.9. Alibi Talpa vocatur אשוא, in Mischna Moed caton f.6.2. & in Gemera; Quid est אשוא? est creatura quæ non habet oculos, ibid. Quod autem אשוא Talpa sit, probant ex אשוא prædicti Psalmi.

אשוא Sic adducitur hic in Aruch, sed in Gemara, unde citatur, scribitur אשוא de quo vide in אשוא.

אשה Cedri femina, Talm. אשה Cum cedris masculis & femellis, Schab. fol.157.1.

אשה Nomen proprium viri, 1. Paral.4.5. sic dicti, אשה שהושחרו פנו בתענות quod frequentissimis jejuniis faciem suam tetram atramq. reddiderit, à אשה אשה, Sota fol.12.1. Confer Matth.6.16.

אשט Vide in אשט.

אשט Statio, Consistentia: של אשט Statio mundi sunt, Ber. rab. sect.66.

אשט Stomachus: אשט המאכל באשטומכה Quod moratus sit cibus in stomacho, R. Da.1. Reg.19.8. Sæpius pro אשט scribitur אשט.

אשד Testis, Testiculus, Hebr. Sic apud Tal. אשד כל שנמרחו אשדו Omnis cujus testiculi fuerint contusi, Bechor. fol.44.2.

אשד Testiculosus, magnos aut majores, quam par est, testiculos habens, Talm. Bechor. fol.44.2.

Scriptio illic vitiosa est, quæ in parvis Mischna-joth correcta.

אשכנא *Macellum*: סכינא ראשכנא, אשכנא Culter macelli, culter lanionum, quo carnes disse-cant: Glossa, בית המקליון, Schab. fol. 123. 2. Vide שכב.

אשכול *Botrus*, Heb. *Hinc apud Rabbinos*, אשכול *Botrus ovorum*, id est, Fætura ovorum, ova prima, sive, ovorum primordia conglobata quasi in formam botri, in utero gallinæ. Vide שלל. *Apud Talmudicos: Ex quo mortuus est Jofe filius Joesaris, & Jofe filius Jochananis*, בטלו אשכולות *cessarunt botri*, id est, non erat spes reliqua perfectorum fructuum, virorum scilicet in quibus virtutum divinarum, cognitionis Legis divinæ, ac solidioris doctrinæ esset maturitas & quædam perfectio, Sota fol. 47. 1. Temura fol. 15. 2. *Jofe idem quod Jofeph per Apocopam*: nam in Sota scribitur *Jofe*, & in Temura *Jofeph*. Quid est אשכול (id est, quare sic dicitur?) אשכול Vir in quo omnia sunt, nempe ויראה ועגוה & familia.

אשכנז *Nomen proprium viri, filii Gomer*, Gen. 10. 3. Hic pater fuit inhabitantium Asiam, Pontum & Bythiniam. De Asia, comprobatur hic Targum Hierosolymitanum.

אשכנז *Germania*, juxta Rabbinos superiores & hodiernos. **אשכנזי** *Germanus*. Vide Eliam in Tisbi in fine literæ א, & Aben Efr. in fine Obadix. Targum Hierosolymitanum filiis Gomer attribuit גרמניא Germaniam.

אשכנפי *Sutor*. Vide שכף.

אשכנפ *Jugera*. *Plurale*, אשכנפין דכרם, *Jugera vineæ*, Jefa. 5. 10. Heb. צמרי כרם.

אשכנפי *Donaria, Dona peregrina & præstantissima*; ex significatione אשכנפי, Ezech. 27. 15. in Heb. Sic juxta quosdam, ואטענינה אשכנפי ומרגליון Et apportabat donaria peregrina & margaritas, Esth. 1. 3. in secundo Targum. Quidam volunt esse *nomen Lapidis pretiosi*: Alii, *Ligni præstantissimi*, quasi pro אשכנפי.

אשכנפי *Cedri species*. Legitur pro Hebræo תרהר, quod alii *Ulmum, Fagum, Pinum*: Alii *Arborem oleosam*, interpretantur, Jefa. 41. 19. Talmudicis est שאנה Abies.

אשכנפי *Idem*: דפין ראשכנפי Tabulis abiegnis vel buxinis, Ezech. 27. 6. Item ואשכנפי Jefa. 60. 13.

אשכל *Funis, Funiculus*: ובאשכל תקרה, Et fune perforabis linguam ejus, Hebr. ובחבל, Job. 40. 20. אשכליה Absconditus est in terra funis ejus, Job. 18. 10. בתלם עבתו In porca-agri fune suo, Heb. בתלם עבתו, Job. 39. 13. *Plur.* ואשכלים Et funes, Hebr. וחבלים, Psal. 140. 6. באשכלי סגופא Funibus afflictionis, Job.

36. 8. באשכלי מטכסין Funibus byssinis, Est. 1. 6. Apud Rabbinos leguntur funes facti non tantum ex lino vel cannabe, sed & ex virgultis palmæ, quibus trahuntur naves. Item אשכלי רכבי *Funes maximi, id est, חכמים גדולים Sapientes magni*, Betza fol. 27. 1. Avoda Sara fol. 7. 2. Sic in Talm. Hierosol. Bava metzia cap. 1. in Gemara, אשכלי דינין שבגלויות Sapientissimi judices qui sunt in captivitate, Glossa, חכמים גדולים sunt sapientes magni.

אשכל *Arboretum, Arbor*: יתיב תחת אשכל Sedebat sub arboreto, vel, sub nemore, Heb. תחת האשכל 1. Sam. 22. 6.

אשכל *Vocabulum voluit esse Arabicum, significans Materiam ad eluendas sordes aptam*. Apud Talmudicos in Mischna; נתר ובורית קימוליא ואשכל קטן Nitru, saponaria, kimulja & aschleg, ad eluendum pannum parvum, Schab. fol. 89. 2. fol. 89. 1. קימוליא in Gemara explicatur שלוף דון, quod R. Salomon scribit se ignorare quid sit. Alii scribunt esse herbam, cum cujus pulvere emundat manus. Munsterus hanc significationem male ascribit alteri Nomini אשכל. De hoc vocabulo in Gemara subjicitur: Interrogavi omnes descendentes in mare, quid sit אשכל? responderunt mihi שונאגא שמה Sonaga est nomen ejus, & invenitur בנוקבא דמרגניתא in foraminibus sive fissuris margaritarum, & educitur inde ברומא דפרולא stylo ferreo.

אשכל *Delinquere, Reum, Culpabilem fieri*. Hebr. האשכל Reum peragere, Reatus vel culpæ convincere, Heb.

אשכל *Reatus, oblatio pro reatu*: Hebr. אשכל Ariete reatus, id est, pro reatu, Levit. 5. 16. דכרא לאשכל Arietem pro reatu, Levit. 19. 21. כחטאתא וכאשכל Sicut peccatum & sicut reatus, Levit. 6. 10. וייתי את אשכליה Et afferet reatum suum, id est, קורבן אשכליה Oblationem pro reatu suo, ut habet Jonathan, Levit. 19. 21. Et ex omni reatu suo, Num. 18. 19. *Ex forma feminina*, ית חובי אשכליהו, Lev. 22. 16. Jon. *Apud Talmudicos*, אשכל תלוי Oblatio dubia, h. e. Oblatio ejus qui dubitat, num reatum commiserit nec ne? Menach. f. 102. 1. Kerithuth cap. 6. in Misna, ab initio, & alibi: contrarium est, אשכל ודאי Oblatio certa.

אשכל *Reus, Culpabilis, Sceleratus; Insipiens*, Tal. Etiam coram sene insipiente, Kiddus. f. 32. 2. Ex illo, Corā canitie assurges, Lev. 19. 32. Vide Tisbi Elię. In Aruch parvo explicatur בור Stultus, Stolidus, Rudis, Incivilis, Incultus.

אשכל *Hircus absque lana, quasi Hircus vastatus aut desolatus, quod verbo אשכל etiam significatur*. Sic vocatur Idolium quoddam Chamætorum, 2. Reg.

17.30. *Et viri Chamat fecerunt* את אשימא. Talmudici ad hoc; וטאי נינהו Quidnam illud est? ברקא קרהא Hircus calvus, Sanh. fol. 63. 2. *Calvum* vocarunt, non quòd planè calvus esset, sed quòd pauciorè & rariorem ferret lanam, quàm ovis. In Tal. Hierof. אשימא explicatur Ovis. Vide R. Salomonem & R. Davidem in lib. Regum. Elias in voce אשמאי scribit: אשימא 2. Reg. 17. Simiam significat, sicut & Italicè Simia vocatur. Senex autem qui non pollet sapientiâ, similis est Simiæ.

אשמדי *Asmedæus*: Scribitur & אשמדי, & אשמדי. *Nomen est spiritus cujusdam maligni, sive demonis. Quidam volunt dictum à שמר Perdere, Vastare, quòd hominum perditionem querat. Talis aliquis dicitur אברון אברון, Perdens, Apoc. 9. 11. Targum quoddam, ex sententia Talmudicorum, tradit fuisse Regem dæmonum; unde illud; ושרר לותיה Et misit ad eum (scil. regem Salomonem in folio suo nimis se extollentem & superbientem) Asmedæum, regem dæmonum, Eccles. 1. 12. Et apud Talmudicos: אמן לא דיענין דילמא: אשמדי מלכא דשידי ידע Nos non scimus: fortè Asmedæus rex dæmonum scit, Gittin fol. 68. 1. Hic proluxius commemoratur fabula ista, ad quam Targum illud in Ecclesiastem respicit. R. Salomon ad illa, ובנגעי בני אדם Et plagis filiorum Adam, 2. Sam. 22. 14. Iste est Asmedæus, qui expulit eum (regem Salomonem) ex regno suo, והשידים & spiritus isti maligni fuerunt filii Adami primi. Nam omnibus istis centum triginta annis quibus separavit se Adam primus ab uxore sua propter mortem Abelis, coibant cum eo spiritus, & pariebant ex ipso liberos. Hæc ibi. R. David similiter ad hunc locum: Et plagis filiorum Adam: וזה המזיקים Illi sunt spiritus nocentes, qui ejecerunt eum ex regno suo, sicut dixerunt Rabbinii nostri, בנא אשמדי Venit Asmedæus, & expulit eum ex regno suo. Explicant autem illud, *Filiorum Adam*: quòd השרים נולדו מאדם spiritus maligni nati sunt ab Adamo primo centum & triginta istis annis, quibus separatus fuit ab uxore sua. *Hujus demonis memoria etiam extat in historia Tobie*, quòd Saræ filiaë Raguelis septem desponsatos maritos occiderit, antequam sociati fuerunt cum ea, Tobiaë 3. 8. Hinc à Christiano Gerson Germanicè vocatur *Der Cheteuffel*. Elias in hac voce tradit, ex Rabbinorum sententia, quòd נעמרה Nahema soror Thubalcaini hujus Asmedæi fuerit mater, & ex ea natos fuisse plures demones. Sed in Ber. rabba sect. 23. scribitur, Nahemam istam fuisse uxorem Noæ. Fuerit ergo alia, ex qua demones isti prognati. Putat etiam Elias, eundem esse Asme-*

dæum, qui alio nomine Rabbinis dicitur Sammael.

אשן, אשן, אשן, *Durum, Forte. Contrarium ejus est רבך Molle. Aliàs scribitur cum y ab initio*: מהאי דרכיך ומהאי דאשן De eo quod est molle, & de eo quod est durum, Cholin fol. 136. 2. הא ברכיכי הא באשוני Sive mollibus sive duris, Talm. Nedarim, fol. 49. 1. רלועין דאשוני Cucurbitæ duræ, אף נבלה דאשוני Etiam deciduum fructuum durum est, Schab. fol. 155. 2. Munsterus perperam *Duriciem* interpretatur substantivè.

אישון *Terminus loci vel temporis, Tempus*: טמע שמשא רלא באישונה Occubuerat Sol in non tempore suo, Gen. 28. 10. in Targ. Hier. & Jonath. לא אישון למכנשא Non est tempus colligendi pecoris, Gen. 29. 7. in T. H. ubi Jonathan pro eo habet ערן & Hebr. עת. Sunt ergo hæc synonima. ויהוה אישון פרוב ארעא Eratque terminus, stadium vel jugerum terræ, Gen. 35. 17. אסתלקות Et juxta tempus ascensus auroræ, Num. 9. 17. בלא אשוני ריהוקא Extra tempus separationis, vel, menstrui, Heb. בלא עת, Levit. 15. 26. in Jonath. באשוני שתא דשמטתא Tempore anni intermissionis, Deut. 31. 10. in Targ. Jonath. Hebr. באישון שרותא דטיהרא: במועד Tempore convivii meridionalis, id est, prandii, Gen. 43. 16. למסק עמורא דשחרא Et secundum tempus, quo ascendit aurora, Genes. 19. 15. in T. H. & Jon. ויהי באישוניה Eratque in tempore ejus, Gen. 47. 24. in Jon.

Idem, in Tar. Jonath. ויהוה סוגעי אשוני Eratque adhuc multum temporis, Genes. 35. 16. Corrigendum id videtur ex Tar. Hier. אישון.

אשון אשונה *Nigrum, Nigredo, Obscuritas, Tenebrae*: והוון עיילין עמיה לאשונה Et ingressi sunt cum eo in tenebras, in locum tenebrosum, ne scil. Rabbi solus esset in tenebris, & terrore corripere- retur, Bere. rab. sect. 33. Sic Hebraicè Pro. 20. 20. Huc videtur etiam pertinere quod adducit Aruch ex Genes. 19. 8. pro בצל קרתי *In umbram tigni mei*, ex Targum Hierosolymitano, באישון שירותי: Sed hodie in nostris libris non extat.

אשף *Astrologus*: לכל הרטם ואשף Ullum magum aut astrologum, Dan. 2. 10. רב הרטמן אשפין Princeps magorum, astrologorum, &c. Dan. 5. 11. עלין הרטמין אשפין Ingressi sunt magi, astrologi chaldei &c. Dan. 4. 4. Et in forma Hebr. האשפים, Dan. 1. 20.

אשפא *Corium, Pellis*: Tal. נירדא דאשפא Ramentum corii vel pellis, quod de pelle aptando raditur vel detrahitur, Kethub. fol. 77. 2. Aruch in Rad. דרג דאשכפא i. e. Sutoris, quod sutor de corio abradit vel abscondit. Ea lectio proba est.

agitè, ejà. אשור הייא אשור הייא Fortiter, ejà, agitè, ea, Schab. fol. 119. 1. *Aruch exponit, כהרו מהרו Properate, properate, properè, properè. Utraq. vox est hortantis. Prima tamen propriè est, Fortiter, alacriter, bono animo. Altera est אש, Ejà, quod Hebræi exponunt מהר Properè. Hinc Munsterus ponit אשור Celeriter, Festinanter. Est verò, quod dixi.*

אשור *Beare, Beatum, felicem, prosperum predicare vel reddere.*

אשור *Beatitudo, beatitas, prosperitas: באשורי In felicitate mea est, felicitas ista mea est, Gen. 30. 13. Hebr.*

אשורי *Beatitates: Beatus, Felix: אשריק Beatitates illæ tuæ sunt, Beatus es, Psal. 128. 2. אשריקים O' vos beatos, Jesa. 32. 20. & c. in Lex. Hebr. Rabbini dicunt & in prima persona אשראי Beatitates meæ, ô me beatissimum. ô me אשראי שאני למעלה ô me beatum, quòd ego suprà sum, in supernis, in cœlo habito, Medrasch Tillim, Psal. 84.*

אשור *Beatitudo, Beatitas: Firmitas, Confirmatio, Ratificatio; Robur. אשר נקרא שמו על שם אשורו. Afcher vocatum est nomen ejus ob potentiam & robur ejus, Beres. rab. sect. 14.*

אשור *Affur, nomen proprium filii Sem, Gen. 10. 22. à quo Assyrii nomen habent, & terra Assyria.*

אשורי *Affyrius, Syrus: כתב אשורי Scriptura Assyriaca, Syriaca.*

אשורית *Affyriaca, Syriaca: Syriacè: כתיבה אשורית Scriptura Assyriaca. Hinc scribit R. Obadias de Bartenora, in præfatione in Commentarium suum in Mischnajoth: Proposuimus edere in lucem Mischnajos cū Commentariis, כולם בכתיבה אשורית omnia in scriptura Assyriaca, i. e. quadratâ, quomodo vocant eâ, quâ textus Biblicus hodiè descriptus est. Quippe sic & textum Mischnajoth, & commentarium suum, eadem Scripturâ excudi curavit. R. Abraham de Balmis in initio Grammaticæ suæ, ubi de literis agit, hunc in modum scribit: Sciendum, scripturam literarum apud Hebræos esse diversam, pro varietate regionum. Communis autem omnibus est figura literarum, שקוראין quam vocant Assyriacam, quæ commodissima est literis suis, exivitq. nobiscum מאשור ex Assyria. Hæc ille. Hæc est ea figura, quâ liber Legis sanctus, manuscriptus in Synagogis asservatur, & in sacris tantum conventibus cū singulari pompa & solennitatibus legitur. A forma literarum vulgò vocatur כתב מרובע Scriptura quadrata. Talmudici disputant de eo, An Scriptura ista ex Assyria sive Babylonia à Judæis in Judæam exportata, & per Efram publicata, ut deinceps eâ Judæi uterentur, tanquam longè commodiori, quàm ea quâ antea fuerunt usi, quæ literæ apud*

